Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Theocletus Polyides

Sacra Tuba Fidei, Apostolicæ, Sanctæ, Oecumenicæ ac Orthodoxæ Græcanæ Orientalis Ecclesiæ Christi : In usum multorum eruditissimorum varii ordinis ac dignitatis in Europa degentium Virorum, qui penitiorem de nostra religione notitiam sibi impertiri desiderarunt : Nec minus In emolumentum ac spirituale lucrum, tam Nostræ Græcanæ Ecclesiæ quam Cæterarum, Christianorum

[Erscheinungsort nicht ermittelbar]: [Verlag nicht ermittelbar], 1736

https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843

Druck Freier Zugang



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0001
DFG

Fg

F. g – 1389.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1853642843/phys_0002
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0003
DFG

2 Kugeln 1 Tabulla

F.g—1389.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0004
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0007
DFG



I.G. Schmidt sculpsit Brunsvigæ 1733.

SACRA
TUBA FIDEI,
Apostolicæ, Sanctæ, Oecumenicæ
ac
ORTHODOXÆ GRÆCANÆ ORIENTALIS ECCLESIÆ CHRISTI,

In usum multorum eruditissimorum varii ordinis ac dignitatis in Europa degentium Virorum, qui penitiorem de nostra religione notitiam sibi impertiri desiderarunt;

Nec minus

In emolumentum ac spirituale lucrum,

tam NOSTRÆ GRÆCANÆ ECCLESIÆ quam CÆTERARUM, CHRISTIANORUM,

in lucem edita

a

THEOCLETO POLYIDE,
Polyaniæ in Macedonia Abbate, & Archiecclesiarcha in sancto Monte.

1736.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0009
DFG

SERENISSIMO PRINCIPI
ac DOMINO,

DOMINO CAROLO LUDOVICO FRIDERICO,

Duci Megapolitano, Principi Vandaliæ, Sverini & Ratzeburgi, ut & Comiti Sverini, Regionum Rostochii & Stargardiæ DOMINO,

&c. &c.

Principi ac Domino longe Clementissimo
Opus hoc dat, dicat, dedicat,
Et
Exoptat Vitam ac felicitatem
Autor.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0011
DFG

SERENISSIME PRINCEPS

DOMINE CLEMENTISSIME.



A est Principum super communem hominum sortem evectorum Conditio, ut in illustri loco positi omnium oculos in se convertant, omnium animos ad se rapiant; Con-

templatio amplisſimi iſtius faſtigii cujusvis comitatur deſiderio, ſe illis reddere placitum, & naturali quodam ſtimulo urgemur ad eorum Venerationem; hoc Ethnicus ille Seneca jam agnoſcens ita diſſerit: Magnorum fluminum capita veneramur, ſubita & ex abdito vaſti amnis eruptio aras habet, coluntur aquarum calentium fontes & ſtagna quædam, quæ vel opacitas vel immenſa latitudo ſacravit; ſi ideo hominem videmus ex ſuperiore loco homines videntem, nonne ſubibit nos Veneratio ejus?

Hæc gentiles ad dictamen ſanæ rationis, quidni Chriſtianus ſecundum principia religionis? Sane Principes generoſi ſimul ac prudentes, imperantes pariter ac ſapientes, clementes æque ac religioſi multorum ipſis dicatos animos promerentur jure meritoque, & quanto magis virtutibus ſplendet Thronus, tanto magis autoritas eminet regnantis,

gnantis, & tanto ardentius inferiorum desi-
deria ad amorem & æstimationem communi
collimant nutu.

Sufficiens non defuit ratio; Principum enim virtutes felicitatem suffulciunt subditorum, quidni subditorum post se trahant animos? sive enim justitiam, sive sapientiam, sive clementiam, sive beneficentiam, sive denique religionem appellem, omnes hæ Principis qualitates fausti sunt imperii fulcimenta.

Age! Justitia, eminentissima Principis qualitas gladium sustinet ac balancem, ubique ut sacra Tuba resonans: cuique suum; tribuit enim unicuique suam propriam dignitatem, majori reverentiam, pari concordiam, minori disciplinam, Deo obedientiam, sibi sanctimoniam, inimico patientiam, egeno operosam misericordiam; quid optatius?

exhibent, ejusque mentem & agendi rationem in se veluti in speculo repræsentant; non ideo apicem terreni solum Principatus accipiunt, sed in imperiali quoque culmine recta vivunt fide, & sic dignitatis suæ præstantiam sanctæ subjicientes religioni, paci & tranquillitati prodesse suum faciunt Principatum; quid tranquillius?

Omnia ista summatim concludens, quod Principes evecti, justitia simul ac sapientia, clementia beneficentia & religione præditi, tam domesticorum quam exterorum animos secreto quodam vinculo sibi obstringant, haud miror.

Hæc Serenissime Princeps! viam conanimi pandent, quo præsens opus a plurimis ad penitiorem græcanæ religionis notitiam exoptatum, serenissimo Tuo Nomini inscribere audeo; non equidem animus est de laudibus

dibus Illustrisſimæ Tuæ Perſonæ verba accumulare; cum vero multorum greges Te Principem exoptatum deprædicant, quid eſt, quod declamitem? actum hoc exaggerando agerem; interea cum religionis & pietatis ſtudia de te præprimis habeo comperta, quod ſacram hanc fidei Tubam Eccleſiæ orthodoxæ Orientalis græcæ Tibi dicare, & inter exteros Te venerari ſtudeam, haud dedignaberis, capita noſtræ religionis adſcribere religioni, laborem ſtudiis, animum Domino clementisſimo, non aliter potui æque ac debui. Operam meam, Serenisſime Princeps! ut ſerena reſpicias fronte, eſt quod opto, eſt quoque quod ſpero. Servet ſupremum illud Numen Serenisſimam Tuam Perſonam incolumem, Familiam Serenisſimæ Domus Tuæ ſoſpitem, felicitatem Tuam firmam, principatum tranquillum, & vitam reddat

comple-

completam. Votum meum cedat ex voto, & voto optatus respondeat eventus; id quod optat, exoptat atque precatur.

SERENISSIME PRINCEPS
DOMINE CLEMENTISSIME

Clientissimus devotissimusque
THEOCLETUS POLYIDES,
Abbas in Macedonia & Archi Ecclesiarcha
ex Monte Sancto.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0018
DFG

PRAEFATIO.

TUbæ ſpiritualis propheticæ & Apoſtolicæ noſtræ fidei, a ſummo practico Archidocto-re noſtro Deo & homine Jeſu Chriſto, cœlitus miſſo præco-ne, ac ſanctis ejus Diſcipulis annuntiatæ, data ab initio vox univerſæ terrarum orbi innotuit, quippe cujus ſonus in totam prodiit terram, & in extremitatem orbis ſermones ejus; quamque diſperſi deinde Apo-ſtoli ubique diſſeminantes omnibus hominum cordi-bus inſeruere & quidem Petrus Antiochiæ & Romæ; Andreas Bizantii jam Conſtantinopoli ad Scythiam usque & Epirum. Johannes in Aſia; Matthæus in Æthiopia. Jacobus Alphæi, qui Succeſſor erat fra-

tris Domini, Hierosolymis & Cæsareæ. Thomas in Persia ac Parthia ad Indiam usque. Philippus in superioribus Asiæ partibus. Bartholomæus in Armenia. Simon Zelotes in Mesopotamia & Persia. Judas in Arabia & Idumæa. Matthias in Judæa & Æthiopia. Magnus autem Paulus omnium maxime Evangelio adnunciando inservivit. Jacobus Frater Domini & Justus Hierosolymis. Timotheus Ephesi & in Græcia usque ad Illyriam. Titus in Creta & circumjacentibus Insulis Maris Ægei. Barnabas in Ducatu Mediolanensi, atque alibi tanquam fidus cooperator Pauli. Ananias Damasci. Protomartyr Stephanus Hierosolymis. Philippus unus ex septem istis Diaconis in Asia. Nicanor pariter unus existis, Hierosolymæ. Prochorus itidem ex septem istis Diaconis in Bithinia. Simon eodem ex numero in Arabia. Nicolaus ejusdem ordinis, in Sapria, qui simul cum Simone Mago, veritate relicta, discessum fecere a Deo. Parmenas unus ex istis septem, in ministrando sanctis Apostolis, obiit Cleophas, Hierosolymæ, ubi & Episcopus constitutus. Silas Corinthi, Epenethus Carchidoni in Africa. Andronicus in Panno-

Pannonia nunc Hungaria. Amplius Odesi in Bulgaria. Urbanus in Macedonia. Stachis Archiropoli Thraciæ. Apelles Smyrnæ. Aristobolus Britanniæ. Narcissus & Hirodion Patris. Ruffus Thebis. Assincritus in Hircania. Phlegon Marathoniæ Atticæ. Hermes in Dalmatia. Hermas Philippi in Thessalia. Patrobas Napoli. Agabus in Judæa. Linus Romæ. Gajus Ephesi. Philologus Synopi. Olympus & Rodion Romæ. Jason oriundus Tharso, & Sosipater ex Iconia, Kercyræ nunc jam Corfu. Licius Laodicæa in Syria. Tertius cum Sosipatro in Iconia. Hermogenes Megaræ in Achaja. vid. 2. Ep. ad Tim. c. 1. Erastus Hierosolymæ & Paneatæ. Tygellus Ephesi, una cum Nicolao ac Simone Mago idem in crimen prolapsus, a vero deflexit. Demas mundi amore adductus Paulum deseruit. 2. Tim. cap. 4. v. 10. Cuartus Apollo Cæsariæ. Cephas in Cania. Sosthenes Colophoniæ. Epaphroditus Adriæ. Cæsar Aurachiæ. Marcus Apolloniæ. Josephus ac Justus Eleuthoropoli. Artemas Lystriæ. Clemens Sardichi. Hic primus ex gentibus veritati Religionis Christianæ cessit, eam-

que amplexus est. Onesiphorus Cornoniæ. Tichicus, Chalcedoniæ & in Bithinia. Carpus Berriæ. Evodus Antiochiæ, Philemon Gasi. Zenas Diospoli, Acillas Heracliæ. Priscum Colophoniæ in Iconia. Junias Apamiæ in Syria. Marcus & Johannes circa fines Phœniciæ. Marcus Evangelista. Alexandriæ. Lucas variis in locis coadministrator Apostolorum. Candaces Eunuchus in Arabia & circa rubrum mare Pades, Trophimus & Aristarchus, qui in omnibus fidi fuere Pauli socii, cum quo sub Imperatore Nerone quoque Martyrii coronam sunt adepti. Et sic alii aliorum vestigiis inhærentes, eorumque Successores eadem prementes, unam eandemque unanimiter doctrinam annuntiarunt: Unde & fides in spirituali ac sancta ista Christi Ecclesia ita radicata, magis magisque unanimi in consensu, mutuo & indissolubili fraterni amoris vinculo crescens augebatur, & florescebat tanquam punica malus inter spinas, quotidie matureſcens rubefacta sanguine commartyrum Christi.

Ex supra enumeratorum Doctorum Successoribus,

soribus, trecentesimo ac decimo octavo, post salutiferam nostri Domini ac Salvatoris Jesu Christi, anno, secundum numerum præterlapsorum annorum, trecenti & octodecim illi Patres theofori, regnante primo fideli Imperatore Constantino Magno, ejusque matre Helena, omni ex parte ac regione urbem Nicæam convenere, ubi omnes in uno ac unanimi vinculi spiritualis consensu, hanc doctrinam sermone ac facto confirmarunt, & universæ Ecclesiæ sancte servandam tradidere. Nec Sanctus ac spiritualis sequentium Synodorum Patrum Chorus transversum quidem ungvem ab ista doctrina discessum fecerunt, quin potius eam magis magisve stabiliverint, præterea, in universa Ecclesia orientali pariter ac occidentali, concordiam & unanimem doctrinæ sensum servantes.

Et quamvis sancta hæc ac salutifera doctrina per aliquot secula, uno ac pari modo ab omnibus unanimiter propagabatur; tamen non deerant, qui pro corruptæ ejus naturæ ratione, novæ doctrinæ faventes corda sua doctrinis exhibebant, quas

silentio nunc jam præterimus, eoque magis, quo minus ab initio veræ Christi Ecclesiæ fuere notæ, & a quibus plane abhorret. Acquiescamus ergo in commemorando, quosdam ex illis erroribus temporis successu tantam ad suæ perfectionis maturitatem perveniisse, ut auream illam catenam unanimis concordiæ, verborum pugna, duas in partes diruperint, tantumque hiatum fecerint, tantamque discordiam excitaverint, quæ ut mihi videtur, nunquam in pristinam mutabitur concordiam. Unde quoque factum, ut, qui hujus vel illius Doctoris novis opinionibus faciles præbuerunt aures, easque sunt secuti, etiam ex illis nomen sunt Sortiti, quæ & tot Sectarum inter se altercantium fons ac origo. Qui itaque ab unanimi illa primæva veræ fidei concordia recesserunt, novasque amplexi sunt doctrinas, usque in hunc diem, in quantum primitiva ista doctrina deflexerunt, neque nobiscum consentiunt, nobiscum in sacris nequidquam habent commercii. Ii vero qui tales ab hominibus fictas in sacris opiniones neglexerunt, atque firmiter primævæ isti doctrinæ a Christo ac ejus Apostolis traditæ, quæque

nec

nec ullius humani Doctoris nova sectantis nomine insignitur, inhæsere, & unanimem concordiam communis illius doctrinæ veræ indissolubili amoris vinculo servarunt, nec unquam novi quid molitisunt (sicuti etiam per Dei gratiam usque dum hodie libera invenitur Ecclesia nostra inter græcos Christo congregata,) illi nobiscum unanimiter eandem fidem amplectuntur & sequuntur; quod & hodie, ut omnibus notum est, sequentes faciunt gentes: Moscowitæ seu Russi, Cosacki, Zercasci, VValachi, Moldavi, Dalmati, Bulgari, Croati, Sclavoni, Servi, Albani, Zaconitæ, gens quædam montibus incolens, Georgiani, Mingreli, Arabum magna pars, Epiri, Bosnachi, Raguſi, Cretenses, Phocenses, Synopæi, Trapezunti, Athenienses, Insulæ illæ duodecim Maris Ægei cum adjacentibus, Cephalonitæ, Cercyræi, Neapolitani in Moræa, Zanchitæ, Trachitæ, omnes Græci ac Macedones, minoris Asiæ incolæ, ad Damascum usque, Antiocheni, Alexandrini, Hierosolymitani, ac ultra Jordanem habitantes, plurimæque aliæ gentes, quæ omnes, ut jam dictum nullius nova sectantis nomen ferunt; qua

abs

abs re Paulus quoque Corinthios dehortatur, scribens: notum enim est mihi, singulos vestrum dicere, ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, at ego Christi. Num dispertitus est Christus? num Paulus crucifixus est pro vobis, aut in Pauli nomen baptizati fuistis. 1. Cor. 1, 12. Sed simpliciter hunc usque in diem concordiam, quam acceperunt primæ doctrinæ servant, cujus etiam terminos immote tenent; uti per Proverbiastem instructionem linquit Spiritus sanctus. Cap. 22. v. 28. Ne moveas terminos antiquos, quos statuerunt Patres tui: nec ab ullo fidei articulo declinarunt, nisi externa quædam sit consvetudo & ritus ecclesiasticus, quæ ut res indifferens ipsam fidei doctrinam minime tangunt. Hæ gentes omnes (exceptis quæ Russicæ Majestatis Imperio subsunt, quæ tamen, licet sanctæ Synodo, a Petro Magno suæ ætatis Heroe maximo, constitutæ, subjectæ sint, Constantinopolitanum tamen Patriarcham ut primarium Ecclesiæ agnoscunt) a primis Apostolorum temporibus, curæ ac ductui sanctæ Synodi quatuor Patriarcharum, Constantinopolitani, Antiocheni, Alexandrini ac

Hiero-

Hierosolymitani subjecti sunt, qui inter se, ut & alii Episcopi non ratione potestatis sacerdotalis, sed tantum prærogativæ, Throni ac Ordinis inter se differunt. Ii quoque, qui vel sub potestate Imperatoris Romani vel Venetorum, vel aliarum Rerumpublicarum, imo & Turcarum, reperiuntur, plurimam ad partem curæ ac ductioni Constantinopolitani Patriarchæ subsunt: Enumeratæ autem gentes una nobiscum Græcis, exceptis qui sub Sceptro Regum Christianæ religionis addictorum sunt, proh dolor! nunc jam annos ducentos octuaginta duos Turcico subsunt Imperio: Anno enim 1453. die 29. Maji, die Martis, jam Throno Imperiali Constantinopolitano insedit magnanimus ille heros Mahomed II. & forsan eum in finem, ut pœnas darent gentes illæ peccatorum suorum, eoque magis in timore Dei ambulare omnibus ex viribus adniterentur, ne misericordiam suam Deus penitus ab illis averteret; quasi per Prophetam ad gentem hujus Ecclesiæ continuaverit verbum suum, Ps. 89. v. 33. 34. Visitabo quidem virga defectionem eorum, & plagis iniquitatem eorum: Sed benignitatem me-

am non irritam faciam ab illis, & non quiescit virga improbitatis, super sortem justorum; ut non extendant justi ad ullam iniquitatem manus suas. Ps. 125. v. 3. Et quamvis hæc castigatio, ut omnium ante oculos est, sat dura sit, ideo tamen ullius mentem ad misericordiam revocare nolo, quia testante Scriptura; quem diligit Dominus, illum castigat, flagellat enim quemvis Filium quem recipit. Prov. 3. v. 12. Imo multæ sunt adflictiones justorum, quibus eo melius paratur corona cœlestis, quæque ad salutem æternam tendentibus minime sunt impedimento, sed potius adjumento: Habemus tamen omnem libertatem, fidei, vel potius, omne bonum spirituale exercendi. Et quamvis vero ab isto tempore, ex quo Turcarum in nos Imperium proh dolor! agnoscimus, celebritate ac fama decoris quæ ex theoretica aut externa scientia doctrinarum oritur, & quæ jam in Europa Thronum posuit, nostri eruditi sunt orbati, magis autem ut ita dicam, Spirituali doctrina quæ est virtutum fidei, ornaverunt; non tamen unquam Doctores S. S. Theologiæ ex nostratibus defuerunt, imo non solum verbis

sed

ſed factis adhuc magis docentes. Ex quibus nonnulli diverſas ac varias ob cauſas, alii ex neceſſitate, alii ſtudiorum amore ducti, in Europæ partibus commorati ſunt, ubi non ſolum plures, uti notum eſt, græcam docuerunt linguam, ſed etiam ab amicis, quidam illorum, adducti, confeſſionem fidei noſtræ in Chriſto veræ in compendium redactam, alii Manuſcriptis conſignarunt, alii typis exprimi ac in lucem dari curarunt. Sed o! tempora quantum ſunt mutata, & ita immutata, ut vix hinc vel inde ex illis ſcriptis in Bibliothecis Europæis inveniantur reliquiæ quædam, ut ipſe animadverti, & quas viri celeberrimi Europæi ſcientiarum cupidi, ob raritatem non ubique habere poſſunt legendas.

Cum igitur proximis abhinc annis Deus uniuscujusque propoſitum jam ante exploratum habens ſub protectione ſua, tranſitum meum ex Græcia in Europam permiſerit, imo omnes quas viſitavi ſplendidiſſimas aulas cum Auguſtiſſimi ac Potentiſſimi Romanorum Imperatoris, tum Auguſtiſſimæ ac Potentiſſimæ Imperatricis Ruſſorum, Regum Po-

tentissimorum Sereniſſimorum Ducum, Comitumque illuſtriſſimorum moverit, ut omni clementia ac gratia me ſuſciperent, ut & urbium celeberrimarum & fama inclytarum civitatum Magiſtratus; ubi tanta fuit humanitatis plena benevolentia nobiliſſimorum, excellentiſſimorum ac eruditiſſimorum Conſiliariorum, reverendiſſimorumque Eccleſiæ Antiſtitum, & clariſſimorum Profeſſorum, tam ſvavia & eruditionis ſale condita Colloquia & conſvetudo interceſſit, quæ lingva mea plane non pro dignitate valet exprimere. Impoſſibile enim eſt, ſummæ in me clementiæ ac gratiæ, benigniſſimæque hoſpitalitati tot Sereniſſimorum Principum congruentes agere gratias; eſt namque ultra vires meas & facultatem, omnem Oratorum eloquentiam longe ſupervadit, acutiſſimi Philoſophi ingenium ſummum antecellit, imo omnia perſcrutantis Hiſtorici diligentia heic ſe inſufficientem agnoſceret, & ipſi Poëtæ alias fingendi libertatem habentes, non valerent, ſummam clementiam, manſvetudinem ac beneficentiam, quibus Sereniſſimi Principes ac Illuſtriſſimi Comites, & reliqui Viri Europæi omni honoris cultu

cultu prosequendi, in me quidem non ignobilem, tantam autem benevolentiam minime merentem, usi sunt, pro dignitate, satis evehere laudibus.

Multi enim eorum in Palatia, quæ in sempiternum sint benedicta, me receperunt, eaque honoris liberalitate in me sunt usi, ut carpentis 6 Equis tractis, ab una ad alteram aulam me miserint: Ante omnia autem, quæstiones de nostra religione, de qua fere indesinenter ex me percontabantur, meum permovebant animum, ut tandem iis adductus promiserim, curiositati & flagranti illorum desiderio, accurata ac prolixiori nostræ religionis delineatione, satisfacere.

Quoniam vero cognitione nil quidquam sit præstantius, nihilque scientiæ anteferendum, quippe quæ est lux, oculusque intellectualis animæ rationalis, cognitionem vero & scientiam dico veram, quæ ad spiritualia e velamine carnali animum evehit, & ministerio oculi intellectualis mentis animæ, adtingit & secundum Paulum contemplatus, ea quæ ocu-

lus non vidit, nec auris audivit, & in cor humanum non venit; nulla vero creatura ratione fruens, tam clarum intellectualem habeat oculum, ut ex semet ipso, sine cujusdam manuductione, hanc sibi acquirere queat cognitionem; Ergo & ego ad infallibilem fontem omnis veræ cognitionis, Scripturam nempe sacram a Deo inspiratam confugi, & quidem eam ob causam, quia illa omnibus diligenter & pura ac sincera mente ad cognitionem sibi acquirendam spiritualem doctrinæ veræ fidei, accedentibus, plenarium in modum satisfacit. Unde & Paulus Timotheo scribit: 2. Ep. 3. v. 15. a puero nosti sacras litteras, quæ te possunt sapientem reddere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Jesu.

Ex hoc fonte sine ullo adfectu aut præconceptis opinionibus, ullaque sine dissimulatione, genuinam nostram fidem, ut ut simplici modo, accurate tamen ac latiori enucleatione in tres partes dispositam, luci dedi publicæ, quam etiam in gratiam desiderantium lingua germanica quoque transferendam curavi.

Prima

Prima quidem in parte generaliter, quæ de Deo, tribus in Deo Perſonis ſeu hypoſtaſibus, de Chriſto, ſacroſanctis paginis & aliis ejusmodi, ſtatuimus, pertractavi.

In ſecunda magni ſeptem ritus quæ & myſteria vocantur, exponuntur.

In tertia & ultima, & quidem ejusdem primo capite catenam triplicem fidei, ſpei & amoris, ut & Symbolum, ſeptem Synodos & alia illuc pertinentia, pertractavimus, 2dum doctrinam de libero arbitrio ſiſtit, 3tium de ſanctis, & 4tum de mortuis & iis qui obdormiverunt, agit; ut ita quivis pius exinde, quæ fidei ſanctæ ſunt noſtræ doctrinæ, facile poſſit comprehendere.

Bene adtendite igitur Benevoli Lectores, ad ea quæ heic legitis, aperite ſpirituales veſtræ animæ aures, & auſcultate gratuitam hanc Tubam ſpiritualem noſtræ fidei, ſtantem ſupra montem altum angularis lapidis myſticæ Zionis Eſ. 4. v. 9. adtento legite animo, quæ adnuntiat, nihil enim aliud decantat,

cantat, nisi quæ jam ante Deus ipse in sacris litteris consignari curavit. Ne igitur ultra scribatis quæso adversus sanctam nostram fidem, quamvis differt a vestris opinionibus; Nam & audivi & legi sæpius talia nobis objici, a quibus Christiano, Christianis objiciendis, merito est abstinendum.

Certissime itaque sum persvasus, nullum ex Christianis in Europa, licet a nobis quibusdam in doctrinis dissentiat, publice contrascribendo scandalum dare, esse ausurum, & quidem eo certius hoc futurum credo, quo notiora cuilibet verba Divi Pauli sunt, qui 1. Ep. ad Cor. 8 v. 13. ita scribit: Si esca est offendiculo fratri meo, non edam carnes in æternum, ne sim offendiculo fratri meo; & Christi, qui sanctissimo suo ex ore sequentia, animi sine tremore certe non perlegenda, apud Mat. 18. v. 7. emittit: Væ homini per quem scandalum datur. Et quamnam utilitatem adferunt illi, qui aliorum religionem, contradicendi pruritu rapti, contrascribendo emendare student, seque ipsos vero ac propriam religionem a mendis ac nævis liberare nequeunt. Ejusmodi homines aliorum vitam judicant, suæ ipsius autem ra-

tionem

tionem non habent Jac. 4., de quorum perverſitate jam dudum ipſe Chriſtus noſter Salvator eſt conqueſtus, quando apud Luc. 6. 41. dicit: Aliorum feſtucam vident, & trabem in oculis ſuis non animadvertunt: Aliorum religionem ſtudent mederi, & ſua propria mendis eſt referta. O Stultitia! curato igitur Medicus primo ſe ipſum, & prius corrigat ſuam religionem, quam aliorum reprehendere præſumit.

Præterea quoque nunquam animadverti, ſcribentes adverſus aliorum religionem, quidquam emolumenti unquam adtuliſſe, cum tamen contra omnibus ratione modo rite utentibus noto notius ſit, tales homines inutili verborum pugna, ad rixas, odia, ac ſcandalum anſam præbere ac dare.

Deſiſtite igitur quicunque eſtis, a contraſcribendi pruritu, deſiſtite per DEum ab aliorum religionem perſtringendi pronitate; neque enim neceſſitas urget, neque conducit, unum Dominum confitentes, unam fidem, ac unum baptismum habentes obtrectando perſequi: Timete Dominum apud Mat: 18. 6. dicentem: Quisquis offendiculo fuerit uni ex parvis iſtis qui in me credunt, præſtiterit ei, ut ſuſpendatur mola aſinaria (h. e. ira DEi) in collo ejus, ac demergatur in profundo maris, (h. e. Jehenna). Abſtineat

ergo quisque a Scandalo, & ferat quisque ſuum onus, & quæ vobis fieri nolitis, alteri ne faciatis.

Dominus quoque noſter ac Salvator Jeſus Chriſtus nunquam ac nullibi præcepit, ut fidelis fidelem ad ſuas adliceat opiniones, ſed qui vere fidelis eſt, fideles excitet ac adhortetur ad pœnitentiam, & vitam Chriſti imitandam. Neque mandatum nobis dedit, ut infideles ſive Ethnicos in privatis quorundam doctorum opinionibus erudiamus, ſed ut ad ſimplicem Chriſti fidem ejusque vitam imitandam, ex quibus omnis animæ ſalus ſcaturit, convertamus; ite, inquit Apoſtolis, ad omnes Gentes, tanquam oves inter lupos, & prædicate Evangelium, adhortamini ad pœnitentiam dicentes; Pœnitentiam agite & credite, adpropinquavit enim regnum cœlorum. Mat. 10. leg. Quare ſi fidelis, qui alios fideles ad ſuas convertere opiniones fruſtra laborat, Ethnicos aut Turcas adeat, eosque convertat non ad ſuas opiniones, ſed ad ſimplicem Chriſti doctrinam, adhortetur illos ad Chriſti noſtri Salvatoris ſanctiſſime peractam vitam imitandam; illis ipſe ſit in ſancta vita præambulo: hoc ſi facit, ut fidelis diſpenſator ipſi concreditum talentum augebit, atque ipſe cum omnibus a ſe converſis, mercedem in omne æternum duraturam, cœleſtem nimirum coronam, quæ omnibus conſtanter pro Evangelio Chriſti dimicantibus, eſt deſtinata, ſunt reportaturi.

Nonnullæ

Nonnullæ quæstiones, quibus doctissimi ac DEum amantes Viri, nostræ religionis notitiam penitiorem sibi comparare voluerunt.

Cum vero N. N. pariter ea obtigerit felicitas, ut præsentia tua non solum, sed etiam informatione aliqua de statu præsenti Ecclesiæ Græcæ, fruamur, tum etiam sermones faciendo molestiam multis adhuc interrogationibus adaugere nefas ducimus, attamen circa objecta quædam practica soliciti hæremus, ut ex Schola Græca quædam adhuc discamus, indeque de Praxi Fidei quædam perscrutari conemur, an & quantum cum primitiva Ecclesia Apostolica & trium primorum Seculorum adhuc dum conveniat. Ne vero molestiam laborum accumulemus, eligamus paucas quæstiones, quæ nobis non solum, sed multis aliis, qui Theologiæ culturam non in arcanorum evolutionibus, sed fidei ac vitæ Sanctæ implantatione quærunt, utile, necessarium ac gratum opus apportabunt. Peteremus itaque, si placet, saltim margini uno verbo institutionem adducere. Si vero & hoc opus molestiam creat, in silentio ac amore veniam interrogantibus dare ac conservare precamur.

Viri doctissimi ac honoratissimi: Quæsivistis a me hæc paucula, ego autem secundum mensuram & datam gratiam donationis Christi loquor veritatem ad proximum meum, quia membra per Baptismum invicem sumus, quod Græca nostra Ecclesia Orientalis Orthodoxa & Catholica ita sentiat, ut in sequentibus.

1. *Num Ecclesia Græca, uti in primis temporibus, Concilia ac Synodos in conventu Episcoporum colat annuos, vel circa dogmata, vel circa mores, disciplinam conservandos, renovandos?*

1. *Græca Ecclesia, acquiescit in septem Synodis œcumenicis, quibus nihil detrahit, nihil addit. Congregantur vero Concilia ad gubernandos, ad corrigendos mores populi.*

2. *Num ministri Ecclesiæ particulares ejusmodi Synodos non celebrent pro communione orationum docimasiæ mutuæ perscrutationum cordis ac vitæ emendationes ecclesiæ &c.*

2. *Non celebrant, si vero quis a conscientia sua vexatur, suam communicat mentem cum confessionario, a cujus paraenesi pendet, finitis precibus publicis domi suæ secundum præceptum Domini oret.*

3. *An in monasteriis, nec non in cultura vitæ Christianæ laicæ, leges ferantur ac colantur statutarum precum, stationum matutinarum, vigiliarum, stati silentii in die, imo communionum in precibus, cantibus, lectione sacra, & quæ similiter ad cultum divinum privatum extra Ecclesiam pertinent?*

3. *Omnia hæc fiunt in ecclesia publice, quod si vero quis voluerit cum aliis privatim congregari, nemo ipsi est impedimento.*

4. *An fideles potestatem habent, sine ministris Ecclesiæ ordinariis, culturam verbi & Sacramentorum in propriis ædibus excercere ad normam Agaparum & conven-*

4. *Omnis hic cultus sacer ordini, tempori, loco, ministerio ecclesiæ publico est alligatus, excepto baptismo & quidem in casu necessitatis.*

tuum

tuum fidelium in primis temporibus? An vero omnis cultus sacer ordini, tempori, loco, ministerio Ecclesiæ publico sit alligatus?

5. An, cum Patres primitivæ ecclesiæ, Basilius, Chrysostomus &c. nec non Ascetæ in deserto pro columnis ecclesiæ Græcæ magis, quam juniorum temporum lumina reputentur, ministri hodierni eorum non dicta sed facta presso pede imitentur, & ad conservandam viam semitamque ovium talium instigentur, num vero, uti in ecclesia latina, solum nomen Patrum Theologiæ sine omine custodiatur?

6. Quoad dogmatum puritatem sollicita est fidelium cohors, annon semina Arianismi adhuc remanserint, annon latinæ Ecclesiæ nebulæ traditionum ac opinionum humanarum, quæ refrigescente cordis fide, Ecclesiam obserabant, tenebras circa agnitionem Christi reliquerint? An in genere existiment ac credant, veram ac orthodoxam sententiam, cognitionem idealem de DEO esse fidem salvificam?

5. Cum dicti Patres Ecclesiam nostram ædificarunt, non tantum eos in theoreticis, sed in practicis etiam imitamur, quod nobis per Dei gratiam est possibile.

6. Sancti Patres purgaverunt Ecclesiam ab omni Arianismo & caterorum hæreticorum erroribus. Traditiones, quæ pertinent ad interna, firmiter retinemus, quæ pertinent ad externa, habemus saltem ad ornatum, correctionem & imitationem. Ante baptismum fidem specificam idealem non agnoscimus salvificam. Post baptismum fidem idealem putamus salvificam, si simul sit practica.

7. *Quid judicant de fide justificante, an justificatio peccatoris fiat per imputationem meriti Christi ab extra, an vero per realem participationem Spiritus, vitæ JESU Christi ab intra, ut per illum in nobis peccata deleantur, non vero per illum pro nobis peccata solum expientur?*

7. *Imputationis meriti Christi ab extra neminem dicimus posse fieri participem, nisi Christus ab intra in nobis ipse peccata eluat, ut morti ipsius conformes - fiamus, indefessum virtutis studium retinentes. Phil. 3. v. 9. 10. 11.*

8. *An a Romana ecclesia de operum merito fermenti quippiam sit in Ecclesia Græca, ut puram, sanctam vitam, vel hodegum ad cœlum, vel fructum ac semixium cœli novi regeneratione resuscitati existiment?*

8. *Nostra ecclesia credit, quod gratiam, quam accipimus, gratis accipiamus, fides & opera sunt Symbolum donationis, latius hæc in libro explicabo.*

9. *An Sacramenta Baptismi & Sacræ Cœnæ pro mediis gratiæ indispensabilibus agnoscant, sine quibus cultus DEI in Spiritu & veritate nec regeneratione possit fieri?*

9. *Sine Sacramentis, Baptismi scil. & Sacræ Cœnæ credimus neminem posse secundum mandatum Domini servari, exceptis martyribus, aliisque necessitatis casibus.*

10. *An de regno Christi in terra, de Judæorum ac Gentilium, imo damnatorum reductione in gratiam doctrinam cum Origine foveant?*

10. *Speramus multorum Judæorum & Gentilium conversionem, reductionem damnatorum ex inferno rejicimus.*

11. *Quænam ratio educationis*

11. *Addiscunt in Scholis Catechismur*

onis liberorum parentibus & Sacerdotibus observanda commendetur, num in scholis ad præcepta catechetica, uti in ecclesiis occidentalibus, num vero sine illis ad lectionem & meditationem S. Scripturæ ducantur? Ad quæ genera studiorum, artium & opificiorum magis permittantur?

12. Quomodo theologice tractantur ægrotantes ac morientes? An Sacerdotes teneantur illico in morbis ægros invisere, anne individualiter de eorum statu animæ agant? Annon Sacra cœna ut ultimo viatico, vel unctione absolvant vitæ periodum?

13. Quæ ratio observatur in eligendo Episcopo vel Sacerdote, an per vota ecclesiæ impartialis, anne per preces & docimasiam vivi Christianismi interni, vel per dotes & vota externa?

14. An ministro ecclesiæ quoque liceat agri, opificiorum & commerciorum culturam exercere, bona coëmere, a membris ecclesiæ stipendia pro administratione Sacra-

techismum & orationes ecclesiasticas, S. Scripturam ipsis legere licet, cum ad rationis usum pervenerunt. Postmodum artes, ad quas ipsorum natura fertur.

12. Sacerdotes in morbis ægros invisunt, statum animi interiorem explorant, Sacram cœnam ipsis dant. Unctionem tempore baptismi, non mortis tempore accipiunt.

13. Electio Episcopi vel Sacerdotis absolvitur & votis & piis atque devotis precibus ad DEum fusis, exploratis omnibus, quæ Episcopo sunt necessaria credenda, docenda atque facienda.

14. Omnia hæc licent, excepta commerciorum cultura, & stipendiorum pro administratione Sacramentorum acceptione.

mento-

mentorum, Confessionum, institutionum &c. assumere?

15. Num jurium & tôlitiæ cultura plane extra ecclesiæ custodiam sit posita, uti in ecclesiis occidentalibus, vel num ecclesiæ regimini adhuc sit subjecta?

15. Ecclesia in moderno statu omnia jura in Christianos exercet pacifice, ne facile aliquis cogatur ad Magistratum aliorum se conferre.

16. Quæ ratio doceatur jejuniarum, operum, ac dierum sacrorum, quæ vigiliarum, qui dies festi, qui cultus in die Dominica, an septimus septimanæ dies etiam sacer uti Dominicus solis, observatur ad culturam?

16. Quia hac materia est multa & varia, in Typis eam invenietis. Interea diem Domini, quæ septima est septimanæ, aliosque dies festos sacros habemus.

17. An S. Scriptura una cum aliis libris asceticis omnibus fidelibus & catechumenis in manus satis devolvatur, ruminetur, an vero, si non, uti in Romana ecclesia, prohibeatur, nec largiter disseminetur, nec ad sufficientem lectionem demandetur?

17. Omnia sunt posita in libero arbitrio fidelium.

18. Quodnam officium Christianæ fidei supereſſe existiment erga demortuos, num religio jubeat, pro ipsis adhuc preces vel publicas vel privatas fundere?

18. Ecclesia pro mortuis & privatas & publicas fundit preces.

19. Quænam ratio sit, vitia, scelera,

19. Admonitionibus & virtute,

scelera, scandala publica, scortationes, adulteria, furta, rixas, ebrietates &c. puniendi, cohibendi, coërcendi lege, potentia, virtute, ecclesiastica disciplina, ne in Magistratum Turcicum illabantur Christiani?

tute, seu beneficio disciplinæ ecclesiasticæ coërcemus illos, quousque scandala latent.

NB. Sequentia hæc postea addidi.

Hoc est, strictam agant pœnitentiam, abstineantque a Sacra Cœna, alienantes se ab omni scandalo, & commendamus illos Domino, ut illis juxta misericordiam Suam, in sangvine sui Filii, & per preces patratorum & ecclesia indulgeat. Nam post adventum Christi omnia patrata hominum clementissime in pœnitentia remittuntur & ecclesiæ propter peccatum non concessum est hominem publicare, dum sit ignotum, nec supplicio aliquonam externo afficere, multo minus necare, sed excommunicare & corrigere, ut Paulus 1. Corinth. 5. dixit: Tradatur talis Satanæ ad interitum carnis, ut Spiritus salvus sit in die Domini JEsu. 1. Cor. 5. 5. & 1. Tim. 1. v. 20.

20. *Quæ ratio Evangelio conveniens observetur in connubiis ac nuptiis, in politiæ ac œconomiæ habitu, vestium, commercii, mensæ, domus regimine, quæ hic ecclesiæ disciplina teneatur?*

20. *Ad hæc ob copiam hujus materiæ, respondebo in libello.*

21. *Quæ cura in genere pauperum, clericorum, viduarum, Orphanorum, peregrinorum, servorum, ut & hic patescit convenientia vitæ cum lege ac norma Christi?*

21. *Quæ & Christus & Apostoli ordinaverunt, pro viribus nostris observamus.*

Hæc paucula amici in Christo æqui bonique consulite, proxime, quando DEus vires fuerit largitus,

pluribus

pluribus respondebo, animisque vestris per DEI gratiam satisfaciam.

Nonnullæ aliæ adhuc quæstiones

Domine Abbas

Quærunt ex te

1. Quot in orientali ecclesia jam numerantur Patriarchæ & ubinam sedes eorum?

2. Quanta salaria ipsorum sive annui proventus?

3. Cui Patriarchæ tu Domine Abbas cum tuis subjectus sis?

4. Ubinam habites & quanti sint annui proventus tui?

5. Utrum doctrina vestra cum Coptis, an cum Armeniis convenit?

6. Num Dies Sabbathi vel Saturni vobis æque sanctus habetur ac Dies Solis?

7. Num parvuli etiam a vobis baptizentur, & quomodo? an aspersione vel immersione?

8. Num etiam circumcidantur & quo tempore ætatis?

9. Quot vobis numerentur Sacramenta & quænam?

Responsio.

1. Quatuor Patriarchæ, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus & Hierosolymitanus.

2.

3. Constantinopolitano Patriarchæ & habito in Monte Sancto.

4.

5. Cum nemine convenimus, nisi qui acceptant septem Synodos, atqui hi eas non accipiunt.

6. Christiani undique diem Solis sanctificant, Judæi Diem Saturni.

7. Parvuli a nobis baptizantur immersione.

8. Hoc pertinet ad Turcas, Judæos & hostes Christi.

9. Septem Sacramenta: Tria stricte sic dicta, Baptismus, scil.

Sacra

Sacra Cœna & pœnitentia, reliqua sunt: Confirmatio, sacerdotium, matrimonium & unctio.

10. Num etiam imagines Sanctorum saltem pictæ, osculis, ardentibus lapidibus, a vobis venerentur?

10. Sic est. Additio. Nam intellectualiter sensu oculis comprehendimus illos, tanquam præsentes, quia Paulus absens interfuerit spiritualiter præsens inter Corinthios. vid. loc.

11. Num etiam a vobis locus tertius defunctorum credatur, & oratio pro mortuis apud vos locum inveniat?

11. Tertius locus non creditur, sed orationes pro mortuis funduntur.

12. Num magna illa ἀποκατάστασις πάντων, sive restitutio omnium tam hominum, quam angelorum lapsorum a vobis credatur?

12. Deliramenta hæc Ecclesia nostra respuit.

13. Num etiam Archangelus Michaël a vobis invocatur?

13. Invocatur. Additio. Non ut Deus & Christus, sed ut bonus custos secundum Davidem Ps. 91. 11. 12.

14. Quomodo in S. S. Trinitate a vobis vocentur, tres illi Pater, Filius & Spiritus S., num tres personæ vel hypostases an vero tria nomina?

14. Persona & hypostasis pari passu ambulant, non sunt saltim tria nomina.

15. Num in Christo una tantum a vobis credatur natura?

15. Duæ naturæ, divina scil. & humana.

16. An vero Filium Dei æque pro autotheo habeatis, ac Patrem?

16. Filius Dei genitus est a Patre. 17. An-

17. *Annon in S. S. Trinitate subordinatio quædam trium ὑποστάσεων a vobis credatur?*

17. *Nulla.*

18. *Num per fidem solam i. e. per fiduciam quandam (ut vulgo male intelligitur) in meritum Christi, sine obsequio præceptorum ipsius justificari apud Deum credatis, sicut magna pars occidentalium Christianorum credit?*

18. *Gratia Dei nobis dono datur, sed non nisi, quando fidem & bona opera, quæ ambo sunt necessaria.*

19. *An vero per fidem charitate, i. e. obsequio præceptorum divinorum, efficacem credentes justificari doceatis?*

19. *Redit præcedens responsio.*

20. *Num δόγματα ἀνθρώπων, seu doctrinas παραδόσεις quæ a Christo & sanctis ejus Apostolis expressis verbis traditæ non sunt, credentibus in JEsum æque necessarias ducatis, ac ipsa in S. Evangelio præscripta fidei dogmata? Vel, quod eodem recidit, an doceatis, credentes in JEsum credere debere, quod Ecclesia, i. e. multitudo quædam hominum credit?*

20. *Quæcunque Patres in Synodis constituerunt, illa credimus esse vera, neminem tamen per vim cogimus, ut illa credat: Credimus ergo, quod credit ecclesia a Christo docta.*

21. *An vero doceatis, neminem Christianorum, ullas traditiones aut ritus ecclesiæ credere vel observare teneri, quæ in S. Evangeliis & Scriptis Apostolorum expressis verbis non docentur?*

21. *Quæcunque sunt contraria Apostolis, non admittimus, pias aliorum traditiones ex nostro arbitrio accipimus.*

Si Domine Abbas ad hæc interrogata responsiones vel verbulo in margine velis notare, gratum facies interrogantibus.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0046
DFG

Τῆ ΑΝΑΤΟΛΙΚΩΝ ΕΛΛΗΝ· ΧΡΙΣΤΙΑΝ· ΠΟΛΙΑΝ· ΕΚΚ· ΜΑΚΕΔΟΝΙΑΣ ΠΑΡ· ΝΑΙ ΜΗΝΟΣ ΤΗ ΙΕΡ· ΣΥΝΑΞ· ΑΡΧΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΓΕΡΟΝ· 33. ΑΠΟΚΤ· ΑΠΟΛΛ·

Studio & sumptibus, Theodori Iohannis Lydo-soris Thracis sive Theocleti Polyzdis Abbatis a Monte S. Athone, & Orientale Ecclesia

Græcum Christianorum Macedonense Plinia Provinciæ nec non Sacræ Congregationis Archi-Sedentium Archi-Seministæ Anno

ΤΟ ΠΕΡΙΦΗΜΟΝ ΑΓΙΟΝ ΟΡΟΣ ΤΟΥ ΑΘΩΝΟΣ.

Famosus Mons S. Athos. situs in Macedonia.

Habitat a mal. Mil. Cadesol. lit. gr. & Rus. ord. S. M. P. a sexu Mi. n. vero Fœmineum circumferentia 130 Mil. ital. circumjacet, hujus Montis Umbra extendit Mil. usq. ad insulam Lemnum in brevius in eo per solstitium

Ἐγκατοικεῖ ἐκ πολλῶν μονῶν ἑξακοσίους τοὺς μοναχοὺς βαλλόμενον θηλυκὸν πᾶσιν ἀπὸ παντὸς μέρους περιπλεῖ αὐτὸ τὸ Αἰγαῖον πέλαγος. Τὸ ὕψος αὐτοῦ μορφοῦται εἰς τὸν οὐρανὸν μέχρι τῶν νεφελῶν καὶ περαιτέρω καὶ ἡ σκιὰ αὐτοῦ ἐκτείνεται σπανίως μέχρι τῆς Λήμνου καὶ περαιτέρω εἰσόδους δ' ἔδωκε.

ΜΕΡ ΔΥΤΙΚΟΝ
Pars Occidentalis

ΜΕΡ
Pars

ΑΝΑΤΟΛΙΚΟΝ
Orientalis

ΣΥΝΔΡΟΜΗ ΣΤΡΑΤΙΩΤΩΝ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΛΥΤΙΔΟΣ ΘΡΑΚΟΣ ΤΟΥ ΘΕΟΚΛΕΙΤΟΥ ΠΟΛΥΖΗΔΟΥ ΑΡΧΙΜΑΝΔΡΙΤΟΥ ΑΓΙΟΡΕΙΤΟΥ ΕΚ

1. ΛΑΥΡΑ. *Laura.*
2. ΙΒΗΡΩΝ. *Iberorum.*
3. ΚΑΡΑΚΑΛΟΥ. *Karacali.*
4. ΦΙΛΟΘΕΟΥ. *Philothei.*
5. ΚΟΥΤΛΟΥΜΟΥΣΙ. *Cutlumis.*
6. ΠΡΩΤΑΤΟΝ. *Protaton.*
7. ΖΩΓΡΑΦΟΥ. *Zographu.*
8. ΒΑΤΟΠΕΔΙ. *Batopedi.*
9. ΣΤΑΥΡΟΝΙΚΗΤΑ. *Stauronicheta.*
10. ΠΑΝΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ. *Pantocratoris.*
11. ΣΦΙΓΜΕΝΟΥ. *Sphigmeni.*
12. ΧΙΛΑΝΔΑΡΙ. *Hiliandari.*
13. ΠΑΝΑΓΙΑ. *Panagia*
14. ΑΓΙΑ ΑΝΝΑ. *S. Anna.*
15. ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ. *S. Paulus.*
16. ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ. *Dionysij.*
17. ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ. *Gregorij.*
18. ΣΥΜΟΝ ΠΕΤΡΑ. *Symon Petra.*
19. ΞΗΡΟΠΟΤΑΜΟΥ. *Xyropotami*
20. ΞΕΝΟΦΟΥ. *Xenophu.*
21. ΡΟΥΣΙΚΟΝ. *Rusorum.*
22. ΔΟΧΕΙΑΡΕΙΟΥ. *Dioheriu.*
23. ΚΑΣΣΑΜΟΝΙΤΟΥ. *Cassamoniti*
24. ΑΣΚΗΤΗΡΙΟΝ ΤΟΥ. *Com. Erim.*

I. G. Schmidt sculpsit Brunsvigæ.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0047
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0048
DFG

SACRA TUBA FIDEI.

LIBER I.


Τρεις οι μαρτ. Iω. ε'. 7.
Tres illi testantes. Ioh. 5. 7.
Ex. 3. 14.
Ps. 89. 2.
Ps. 90. 2.
Ps. 102. 28.
Ps. 139. 16.
Prov. 8. 22.
Ps. 93. 2.
Ps. 102. 25.
Ps. 104. 5.
Ps. 119. 90.
Ps. 135. 6.
Ps. 148. 5.
Ps. 33. 6.
Ps. 104. 30.
Ps. 139. 7.
Ps. 145. 3.
Ps. 147. 5.
Ps. 90. 2.
Ps. 102. 28.
Ps. 139. 16.
Prov. 8. 22.
Ps. 93. 2.
Ps. 102. 25.
Ps. 104. 5.
Ps. 119. 90.
Ps. 135. 6.
Ps. 148. 5.
Ps. 33. 6.
Ps. 104. 30.
Ps. 139. 7.
Ps. 145. 3.
Ps. 147. 5.
Epist. Ca. 20.
Adhippegrandia Apost. Prophet. cæt. hinc. unan. ipso Iesu Christo.
Ps. 89. 2.
Ps. 90. 2.
Ps. 102. 28.
Ps. 139. 16.
Prov. 8. 22.
Ps. 93. 2.
Ps. 102. 25.
Ps. 104. 5.
Ps. 119. 90.
Ps. 135. 6.
Ps. 148. 5.
Ps. 33. 6.
Ps. 104. 30.
Ps. 139. 7.
Ps. 145. 3.
Ps. 147. 5.
Ex. 3. 14.
Ps. 89. 2.
Ps. 90. 2.
Ps. 102. 28.
Ps. 139. 16.
Prov. 8. 22.
Ps. 93. 2.
Ps. 102. 25.
Ps. 104. 5.
Ps. 119. 90.
Ps. 135. 6.
Ps. 148. 5.
Ps. 33. 6.
Ps. 104. 30.
Ps. 139. 7.
Ps. 145. 3.
Ps. 147. 5

vero quod est in essentia, & quod habet in proprietatibus, ipse est 11). Ipsi nemo est similis 12) neque par 13); & quoniam, ipse ut longævus ac sempiternus 14) primus est & ante secula; ita quoque est postremus 15), & erit in omnem æternitatem, & ultra & semper 16).

§. 2.

Hic Deus est MENS purissima *) 1), sibi propria, simplex, intelligens, viva 2), Spiritualis, independens, ex se consistens, & a semet ipso initium ab æterno trahens, in virtute sua & voluntate; Vi hujus virtutis ac voluntatis suæ a se in se ipsum operatur, movet semet ipsum æque ac universum mundum, & quidem secundum suam bonitatem, uti vult, ac ipsi bene placet 3).

§. 3.

Hæc MENS & ab æterno & in æternum 1) a se ipso in se vivit 2) est fons aquæ vivæ 3) & flumen æternæ pacis 4), principio carens 5), non composita, immutabilis 6), immortalis 7) infinita 8), Sapiens 9), gnara omnium rerum quæ renuntiat ultima antequam fiant 10) bona, misericors 11), omnipotens 12) Creator ac conditor omnium creaturarum 13), est ipse amor 14), Sapientia ipsa 15), ipsa veritas 16) Spiritus 17), Lumen & Vita 18).

§. 4.

Expandit atque extendit se, quanquam sine extensione, ab altero usque ad alterum mundi terminum, cunctaque sapienter ac probe administrat 1) implet cœlum & terram 2), neque unquam in se & sua essentia ac esse mutatur 3), quod perpetuo & inseparabili modo cum ipso unitum est, exiistit enim & est & erat ab illo, & quidem

*) Athenagoras inquit: Deus est mens sempiterna, ab initio existens, habensque in semet ipso illud verbum, quod est perpetuæ intelligentiæ.

11) Ps. 102, 28.
12) Exod. 15, 11.
13) Es. 44, 7.
14) Dan. 7. 9.
15) Es. 48, 12.
Exod. 15, 18.
16) Ps. 90, 2.
1) Es. 40, 13.
Job. 9, 4.
Jer. 32, 19.
2) Devt. 32, 40.
3) Job. 9.
Hag. 2, 7. 22.
Es. 51, 15.

1) Ps. 92, 9.
- 90, 2.
2) Ezech. 14, 16.
3) Jer. 2, 13.
4) Es. 66, 12.
5) Apoc. 1, 8.
6) Mal. 3, 6.
7) 1. Tim. 6, 16.
8) Job. 36, 26.
Bar. 3, 25.
9) Job. 9, 4. c. 12, 13.
10) Syr. 23, 29.
Ps. 138, 6.
- 139, 4.
Es. 46, 10.
11) Ps. 145, 8.
12) Apoc. 4, 8.
13) Gen. 1, 27. Es. 45, 12.
14) 1. Joh. 4, 8.
15) Bar. 3, 12.
Prov. 8, 12.
16) Joh. 14, 6.
17) Joh. 4, 24.
18) 1. Joh. 1, 5.
Joh. 11, 25.
1) Sap. 8, 1.
2) Jer. 23, 24.
3) Mal. 3, 6. sec. græc.
Ps. 102, 28.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0050
DFG

quidem ſecundum ſui ipſius effatum: Ego ſum A & Ω, principium & finis, qui ſum, qui fui, & qui venturus ſum, omnipotens; primus & ultimus, qui vivo in ſeculo ſeculorum 4). Ipſius anni nunquam finiuntur 5). Ego, inquit porro, impleo cœlum & terram, & unquam non mutabor 6), ego ſum & futurus ero in omnem æternitatem 7), ego ſum lumen vitaque mundi 8).

4) Apoc. 1, 8, 18. cap. 2, 8. Eſ. 44, 6.
5) Pſ. 102, 28.
6) Jer 23, 24.
7) Jeſ. 48, 12.
8) Joh. 1, 4.

§. 5.

Idem hic Deus eſt Spiritus, qui non modo cœlum & terram implet, ſed & qui per agnitionem veritates totum illuminat mundum 1) eſt ubique præſens, omniaque implens 2) omnia in omnibus operans 3), vivit in ſe ipſo 4) & per eum vivit & eſt univerſa natura 5), ſicuti & nos in eo vivimus, movemur & ſumus 6).

1) Hab. 3, 3. Col. 1, 9, 10. Sap. 1, 7.
2) Pſ. 139. leg. Amos 9, 2.
3) 1. Cor. 12, 6. 11.
4) Rom. 14, 11 Joh. 6, 51. Devt. 23, 40
5) Jer. 23, 27. Neh. 9, 6.
6) Act. 17, 28.

§. 6.

Eſt in, infra & ſupra mundum, omni in loco & nullo in loco 1), ſiquidem maximus eſt, ideoque & eſt ſupra cuncta ſua opera 2). Mundus eum capere nequit, quia eſt immenſus omnique ſine fine 3): cœlum eſt ipſi ſedes, & terra ſcabellum pedum ſuorum 4), Oculis ipſius nequid quam eſt ſubductum, nam extrema conſpicit terrarum, omniaque eorum quæ ſub cœlo ſunt, contemplatur 5). Terminos terræ habet in manu, & altitudines montium ſunt ipſius 6). Ipſum nihil abſcondite latet 7). Prudenti ſua directione atque ſapienti providentia, omnia adminiſtrat ut benignus pater 8); imo & abjectiſſimæ ac minutiſſimæ res ipſius oculos non fugiunt 9). Cordium eſt explorator, qui & examinat & ſcrutatur renes hominum 10), ipſius ſapientiæ nihil eſt incognitum 11) definit univerſa, & terram & cœlum 12) omniaque quæ ſunt in cœlo ac terra, in mari, in alto & profundo 13). Unde Baruch ex clamare permotus: O Iſrael! quam ſplendida eſt domus Domini, quam amplus & magnus

1) Pſ. 79, 9. - 139. leg. Eſ. 40, 22.
2) Syr. 43, 30.
3) Pſ. 145, 3 ſec. græc.
4) Pſ. 103, 19. Act. 7, 49. Eſ. 66, 1.
5) Hiob. 28, 24.
6) Pſ. 95, 4.
7) Hebr. 4, 13. Pſ. 33, 13.
8) Sap. 12, 15. c. 14, 3. Matth. 6, 8. Job. 39, 3. Pſ. 145, 15. - 147, 9.
9) Pſ. 138. 6. Pſ. 139, 4.
10) Apoc. 2, 23. Jer. 11, 20. 1. Sam. 16, 7.
11) Hebr. 4, 13. Job. 31. 4. c. 34, 21.
12) Pſ. 89, 10, 12.
13) Pſ. 24, 1, 2. - 95, 4. 5.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0051
DFG

est locus habitationis? nullum habet finem, & est immensæ altitudinis 14) Salomon de hoc nostro Deo profitetur, quod cœlum & cœli cœlorum ipsi non sufficiant 15) Jobus inquit: Altior est cœlo, quid facies? profundior, inferne quid noveris? longior est mensura terræ, aut amplitudine maris 16), mundum sua manu tenet 17) atque imperat super omne genus viventium 18) secundum suam liberam voluntatem, atque beneplacitum 19) providentia & sapientia sua omnium rerum curam habet 20), per quam omnia præcognoscit & decernit, 21) nec ullus reperitur, qui sanctissimæ ejus voluntati posset resistere 22).

14) Bar. 3, 24. 25.
15) 1. Reg. 8, 27. 2. Chron. 2, 6.
16) Job. 11, 8. 9.
17) Ps. 95, 4 5.
18) Job. 12, 10. Jer. 32, 27.
19) Job. 9, 12. Es. 45, 9.
20) Sap. 6, 8.
21) Syr. 23, 29. Es. 46, 10.
22) Rom. 9, 1. 9. Jerem. 49, 19.

§. 7.

Hic est magnus & solus noster verus Deus qui est Deus Deorum 1) Dominus Dominorum 2), Rex Regum 3) Potentium potentissimus 4), qui omnium maxime est timendus 5), cujus regnum est in omni ævo, & imperium durat in omnem seriem ætatum 6). Est Dominus omnium maximus ac supremus terribilis atque Rex totius orbis terrarum 7), est valde magnus, valde laudabilis Dominus, cujus magnitudo ineffabilis est 8). Has præclarissimas, ac laude nunquam satis digne evehendas in Deo nostro esse proprietates, vel ex ipsa inanimantium creaturarum natura, satis liquido colligere, licet: unda & Propheta inquit: Cœli enarrant Dei gloriam, & opus manuum ejus ostendit æther seu firmamentum 9). Terra est Domini, & quæ in ea sunt 10) cujus Oculi, dum in altissimis habitat, respiciunt humilia & in cœlo & in terra 11) manu sua potenti, brachioque suo forti gubernat omnia 12), omniaque habet in sua obediëntia ac sub sua potestate 13).

1) Ps. 50, 1. sec. græc. - 86, 10. Dan. 2, 47.
2) Ps. 136, 3. Apoc. 17, 14.
3) Apoc. 19, 16.
4) 1. Tim. 6, 15.
5) Ps. 96, 4. - 97, 9. sec. græc. - 99, 3.
6) Ps. 145, 13. Dan. 4, 3.
7) Ps. 47, 3.
8) Ps. 145, 3.
9) Ps. 19, 1.
10) Ps. 24, 1.
11) Ps. 113, 6. - 138, 6.
12) Ps. 136, 12. Apoc. 19, 15.
13) Ps. 2, 9. - 119, 91. - 145, 13.

§. 8.

Natura Dei æque Angelis ac hominibus est incognita

gnita 1), Nullus enim vidit patrem, nisi qui descendit de cœlo unigenitus filius ejus, & qui iterum ascendit 2) & in sinu Dei patris est 3), & Spiritus, qui a Deo patre exit & scrutatur profunda divinitatis 4).

§. 9.

Iste spiritus uti olim patribus per prophetas 1), ita & nobis per Apostolos 2) mentem Dei, quantum intelligi satis fuit, aperuit, & hic Spiritus dixit: Deum esse Spiritum 3), Lumen 4), & vitam 5), eumque adorantes, adorare oportere in spiritu & pura conscientia, seu veritate 6). Quod & scriptura pariter ac sana ratio docet.

1) Joh. 1, 18. 1. Joh. 4, 12. 1 Tim. 6, 16. Exod. 33, 20.
2) Joh. 10, 15.
3) Joh. 1, 18. cap. 6, 14. 38.
4) 1. Cor. 2, 10. Matth. 10, 20.
1) Num. 12, 6. 8. Hebr. 1, 1.
2) 1. Joh. 1. leg.
3) 2. Cor. 3, 17.
4) 1. Joh. 1, 5.
5) Joh. 11, 25.
6) Joh. 4, 24.



CAP. II.

§. 1.

NOs, qui in hunc verum & vivum Deum 1) credimus, qui Deus & Spiritus est & appellatur 2), suique ipsius esse causa est, & ex semet ipso existit, dicimus eum esse essentiam principalem, vitalem, perfectam 3) immutabilem, causæ expertem, increatam, independentem, & ex sua ipsius idenditate, & potentia ab æterno existentem 4). porro, eum esse sine tempore, absque principio, omnemque mentem & captum & rationem modo nequaquam effando superantem, statuimus.

1) Es. 42, 8. 1. Thess. 1, 9.
2) Joh. 4, 24.
3) Exod. 3, 14. Matth. 6, 48. Jer. 23, 23.
4) Ps. 35, 20. Mal. 3, 6. Apoc. 1, 8.

§. 2.

De hac simpliciſſima eſſentia inſuper prædicamus, quod ſit ex propria potentia ens in ſemet ipſo potentiſſimum, immateriale, & intelligens, exinde ſubſiſtens, quod ſupra omne tempus & terminum, ſit ens ex ſemet ipſo potentiſſimum, in propria virtute & operatione 1), in quibus ſplendet & vivit, teſtante ſcriptura: propria ſapientia tua tecum 2).

1) Jac. 1, 7. 2. Cor. 1, 12. Hoſ. 12, 5. ſec. gr. Eſ. 43, 10. Devt. 32, 40. Pſ. 102, 25, Joh. 5, 26.
2) Sap. 9, 9.

§. 3.

Hoc autem ens ſive eſſentia ſpiritualis, ex ſua ipſius potentia ſupereminenti cum exiſtat, ipſius virtus maxime potens, Lux eſt, quæ lucet 1), efficaciſſima autem ac immenſa operatio eſt VITA, qua vivit 2).

1) 1. Tim. 6, 16. Sap. 7, 22. ult. Luc. 1, 78.
2) Joh. 1, 4. c. 5, 26. 1. Joh. 5, 20. Syr. 18, 1.

§. 4.

Potentia ſive eſſentia non eſt prior virtute, nec virtus poſterior quam operatio, nec operatio prior potentia, nec potentia poſterior virtute, nec virtus prior quam operatio, nec operatio poſterior potentia; ſed eſſentia, cum ex ſemet ipſa ipſiſſime, ex potentia ſibi intrinſece eſſentiali a) luceat, ita & ex ea Virtus & Operatio ab æterno efficaciter operando elucent a).

a) Pſ. 18, 2, 3. - 28, 7. 8. - 19, 7. - 21, 2. - 24, 8. Eſ. 44, 6. cap. 45, 5, 6. Zach. 6, 3. 8. Job. 9, 4. Apoc. 1, leg. Zach. 4. leg.

§. 5.

Virtus robur ab operatione nullatenus poteſt ſeparari, quia ab æterno, ſine interjecto temporis ſpatio, ipſi eſſentiæ eſſentialiter inexiſtit 1), atque ſine ullo temporis intervallo, inſeparabiliter, in uno eodemque momento, ex intimo eſſentiæ hujus ſine cauſa exiſtentis robore, una cum operatione ab æterno, ſplendeſcit atque oritur 2). Unde quoque Oriens dicitur 3). Unde patet, eam unico ex principio cauſæ experte, nullo temporis ſpatio interveniente, inſeparabiliter ex intimis eſſentiæ Dei, cauſaliter, modo ratione non comprehendendo.

1) Syr. 24, 14. Apoc. 3, 14. Sap. 12, 16. Joh. 14, 10. Col. 1, 15.
2) Hebr. 1, 3. Zach. 6, 12.
3) Luc. 1, 78. Mal. 4, 2. Eſ. 60, 1. Zach. 3, 8. Pſ. 28, 7. Mich. 5, 2.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0054
DFG

dendo, originem trahere & produci, & in hoc consistit generatio, quæ est opus operationis internæ essentiæ Dei.

§. 6.

Operatio autem efficax facultatis seu roboris omnia perniciſſime penetrantis intimæ hujus essentiæ, inseparabiliter & sine temporis interjectu virtuti inexistens, ab æterno, ex intimis hujus essentiæ, causæ expertis, simul & uno momento, causaliter una cum virtute radiat & splendet, & consequenter, ex unico illo principio causa carenti, ab æterno sineque ullo temporis intervallo, absque confusione ex intimis roboris essentiæ Dei eradians, est Spiraculum a) & est opus essentiæ Dei ab intra activum.

a) Sap. 7, 22. & ult. 1. Cor. 2, 10. 12. Job. 32, 8. cap. 33, 4.

§. 7.

Qua de re Deus mysterium hoc ineffabile Trinitatis suæ incomprehensibilis, supernaturalis & inseparabilis, & unitatem potentiſſimæ suæ essentiæ hominibus secundum quid revelaturus, non solum sæpe numero multifaria in forma ipsis apparuit, sed etiam quo melius intelligerent primo per Prophetas & deinde per Apostolos, creatis & materialibus similitudinibus, clariſſime se ipsum depinxit; & quidem ob potentiſſimam, vehementiſſimam, facillimeque omnia penetrantem, supereminentemque virtutem essentiæ suæ 1), aliquando nomine ignis 2) interdum Lucis 3), interdum autem, quando unicam & solam essentiæ suæ causam indicare voluit, nomine fontis 4) & principii 5), prodiit, ut & sæpiſſime Patris nomen & id similia sibi imposuit 6).

1) Pſ. 147, 5. Eſ. 40, 26.
2) Devt. 4, 4. cap. 9, 3. Exod. 24, 17.
3) 1. Joh. 1, 5. Exod. 33, 21. Num. 14, 14. Neh 9, 12.
4) Jer. 17, 13.
5) Pſ. 36, 10. Apoc. 21, 6.
6) Dan. 7, 9. Mal. 1, 6. Joh. 8. leg.

§. 8.

Hanc igitur ob causam Deus ignis omnia consumens appellatur, & sicut cum igne lumen semper & ardor conjunctus, neque ab anima humana intellectus & voluntas

tas ſeparata, & ex fonte ſimul cum aqua & flumen profluit, cum aqua autem fluxus & humiditas unita, & ſicut ex puncto continue ac immediate, ex uno quaſi fonte & principio una cum fluxu ſimul & linea oritur; ſic quoque ex unico hoc robore divinæ eſſentiæ, cauſam non agnoſcentis, quoque ſua natura eſt principalis, vitalis, incomprehenſibilis ac ineffabilis, ab æterno, ſine ullo temporis intergerio, ut ab igne, fonte, principio & puncto, virtus & operatio prodeunt: Teſtante hæc omnia ſcriptura.

§. 9.

Hæc tria autem, Potentia nempe Virtus & Operatio, quanquam ſecundum humanum percipiendi modum, ut eo dilucidior intellectui humano de divina eſſentia ingeratur comprehenſio, hoc modo explicantur, invicem tamen exiſtendi modo in & a ſemet ipſo, unum idemque conſtituunt. Hoc unum autem illud ipſum eſt, quod eſt, & cui hæc in ſunt, tam quoad naturam quam proprietates eſſentiæ adhærentes; quæque nullatenus propter humani intellectus concipiendi modum, in ſe & ſua natura a ſe invicem ſunt diſcernenda, vocantur enim & reipſa ſunt, ens conſubſtantiale unum: quod ſuo teſtimonio Theologorum primus corroborat, dicendo: Tres ſunt qui teſtimonium perhibent in cœlis, & hi tres unum ſunt 1) & alibi: Eſt in ſinu patris ſui. 2) in Apocalypſi ſcribit, ſe vidiſſe ſedentem lapidis ſpeciem habentem, unde immobilitatam eſſentiæ divinæ; jaspidis ſpeciem referentem, unde ſplendorem virtutis: Sardonychis ſpeciem præbentem, unde puriſſimam ſimplicitatem, & perniciſſimam operationis divinæ efficaciam, colligere licet; irisque, quam in circuitu Throni Smaragdo aſpectu ſimilem, vidit ſplendidiſſimam, ineffabilem, omnemque humani intellectus rationem longe ſuperantem gloriam,

1) 1. Joh. 5, 7.
2) Joh. 1, 18.

riam, ardentissimi ac purissimi ipsius amoris, sat luculenter indicat 3), quare & idem ipse Johannes alibi, Deum ipsum Amorem & lumen, appellat 4).

§. 10.

Manent hac invicem in eo qui est, qui erat, & qui futurus est; qui est unus in una essentia & natura, in qua sola atque unica hæ tres, præ cæteris, proprietates, in una virtute operantur: per has Deus in semet ipso vivit, & sunt primariæ ac principiales reliquarum proprietatum fontes, quæ ipsum inter & creaturam, differentiam, constituunt. Unde & nos unicam modo in Deo statuimus operationem, & quidem secundum illud Pauli: Deus est qui operatur omnia in omnibus 1) & ille est qui dat incrementum 2), qui hæc omnia operatus est & fecit 3), Esaias prophetico afflatus spiritu inquit: haurietis aquam ex fontibus salutis 4), (pluralitatem fontium hic notat) & Syrach: Ex mari plurimæ emergunt cogitationes, & consilium illius ex abysso magna. Ego sapientia (indicat Christum) tanquam ducta e flumine fossa, & tanquam aquæ ductus processi in Paradisum; & porro 5). apud Johannem ipse dicit: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat 6), in Apocalypsi Johannis: & monstravit mihi fluvium purum aquæ vivæ, splendentem ut Chrystallus (indicat Spiritum) & procedentem de sede Dei & Agni 7), quod unitatem essentiæ nobis sat liquide ostendit.

3) Apoc. 19, 13. cap. 4, 3. 2. Sam. 22, 2. Ps. 18, 3. Exod. 33, 20.
4) 1. Joh. 1, 5 cap. 4, 8. 16.

1) 1. Cor. 12, 6.
2) 1. Cor. 3, 6, 7.
3) Es. 41, 4.
4) Es. 12, 3.

5) Syr. 24, 27. & ult.
6) Apoc. 22, 1. Joh. 7, 37. Ezech. 47, 1, 12.
7) Apoc. 22, 1. Ezech. 47, 1, 12.

§. 11.

Ex hac essentia summa roboris, a semet ipsa orta & in omne æternum permansura, ab æterno, immediate & inseparabili modo igitur orientibus virtute & operatione; ab æterno etiam virtus & operatio in una virtute, naturales operationes sunt unius essentiæ Dei. De hac æterna duratione dicit Psalmista: Antequam mon-

tes erant & ante formatam terram, & ab æterno in æternum tu es 1). Esaias inquit: Deus est magnus & æternus 2) & iterum David: Tu idem ipse es, & tui anni non habebunt finem 3). Apud Esaiam de se ipso dicit: Ego sum primus & ego sum ultimus, & præter me non est Deus 4). Hiob inquit: annorum ejus nullus est finis 5). Moses: vivit in æternum 6). Apud Joh. de se ipso: Ego sum A & Ω, principium & finis 7).

1) Ps. 90, 1.
2) Es. 40, 25. 28.
3) Ps. 102, 28.
4) Es. 44, 1.
5) Hiob 36, 26.
6) Devt. 32, 40.
7) Apoc. 1, 8.

§. 12.

De virtute autem & operatione ex essentia Dei æterna, ab æterno immediate emanantibus, & manuum ejus instar spiritualium existentibus, dicit David: Manus tuæ fecerunt & plasmaverunt me 1). Jeremias: Domine tu es, qui feciſti cœlum & terram per potentiam tuam & brachium tuum altissimum & omnipotens 2). & Jobus: Spiritus Domini fecit me, & spiraculum omnipotentis vivificavit me 3), iterum David: Dextra Domini operata est virtutem, & dextera Domini exaltavit me 4). Præterea, Virtutem & Efficaciam unius Dei esse operationes, non minus ex sequenti, quam & aliis Scripturæ testimoniis abunde satis patet: Tecum est sapientia, quæ novit opera tua, & quæ adfuit, cum faceres mundum, quæ scit, quid placeat oculis tuis, & quid rectum ex mandatis tuis 5). Unde etiam Paulus multoties de operatione virtutis Dei loquitur: Imo & ipse infallibilis veritatis & sapientiæ fons, Dominus noster Jesus Christus, suo fallere nescio testimonio hoc confirmat, dicens: Vivit Pater & ego vivo in Patre 6). Ego sum in Patre & Pater est in me, Pater autem in me habitans, ipse facit opera 7), & quidem, secundum Paulum, per efficaciam potentissimi roboris, quam exercuit in Christo 8). Nec minus æternus & sanctus

1) Ps. 119, 73.
2) Jer. 32, 17. Matth. 19, 26. Luc. 1, 37.
3) Hiob. 33, 4.
4) Ps. 118, 15. 16.
5) Sap. 9, 9. Prov. 8, 12. 17. Syr. 1, 1.
6) Joh. 6, 57.
7) Joh. 14, 10.
8) Eph. 1, 19. c. 3, 7.

sanctus spiritus hoc corroborat 9), qui a Deo Patre est, 10), & profunda quoque Divinitatis scrutatur 11), omnesque ac omnia vivificat 12).

9) Hebr. 9, 14
10) Matth. 10, 20. 1. Cor. 2, 10.
11) 1. Cor. 2, 10.
12) 1. Tim. 6, 13. Devt. 32, 39. 1. Sam. 2, 6.

§. 13.

Hæc omnia autem operatur unus atque ipse idem Spiritus secundum consilium voluntatis suæ 1) & ille Spiritus est ipse Deus, qui operatur omnia in omnibus 2).

1) Eph. 1, 11.
2) 1. Cor. 12, 6. 11. Sap. 12, 1.

§. 14.

Istud igitur Ens, sive potentissimam Dei essentiam, causam suam ex semet ipsa habentem, omnemque intellectus nostri captum ac rationem longe excedentem, auctore carentem, nec genitam neque productam, sed ex semet ipsa ortam, ut immediatam solam ac unicam, cæterarum Personarum causam agnoscentes, mentem 1) inexplicabilem, & intellectum infallibilem, suffragante Scriptura, appellamus. Quis enim vidit eum & enarrabit, & quis eum magnificabit, sicut est? inquit Syrach: 2) & David: Mirabilior est scientia tua, quam ut fallam, edita est, non possum prævalere illi. 3) Quis exploraverit mentem Domini, aut quis ei fuit a consiliis 4)? Quis enim stetit in consilio Dei, & vidit vel audivit verbum ejus? quis attendit ad verbum ejus & audivit 5). Quam magna sunt facta tua, Domine! valde profundæ sunt cogitationes tuæ, cogitationes animi ejus in omnes ætates 6). Hanc igitur nulla ratione ne minime quidem perscrutandam Dei essentiam, divus Apostolus Paulus animo perpendens, non potuit non, quin quasi stupefactus exclamaret: O profunditatem divitiarum sapientiæ & cognitionis Dei! quam plane non possunt comprehendi ejus judicia, & quam investigatu difficiles sunt viæ ejus 7). Nec Zophar in leviorem admirationem, hanc Dei ineffabili modo mirabilem essentiam

1) Prov. 3, 19. 20. Hiob. 7, 17. Ps. 147, 5. - 136, 5. Es. 40, 28.
2) Syr. 43, 31.
3) Ps. 139, 6.
4) Rom. 11, 34. Jes. 40, 13.
5) Jer. 23, 18.
6) Ps. 33, 11. - 92, 5.
7) Rom. 11, 33.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0059
DFG

considerando, adductus, Jobo inquit: Num profunditatem sapientiæ Dei perscrutari, aut ad summum perfectionis apicem sapientiæ omnipotentis Te pervenire
8) Job. 11, 7. arbitrare? 8) cui & David suffragatur, dicens: Justitia tua instar montium maximorum, judicia tua instar
9) Ps. 36, 7. abyssi magnæ 9).

§. 15.

Virtutem autem maxime potentem, quæ ratione existentiæ suæ, causaliter ab isto robore mentis Dei, orta est atque genita, appellamus sapientiam & verbum omnipotens, divo Johanne nos ita docente: in principio erat sermo, & sermo erat apud Deum, & Deus erat
1) 1. Joh. 1, 1. ille sermo 1), Salomon dicit: Sapientia suos cultores
2) Sap 10, 9. ex ærumnis liberavit 2), & iterum: omnipotens tuus sermo e cœlis e Throno regali descendit, ut strenuus
3) Sap. 18, 15. bellator 3); Omnipotens manus tua mundum creavit
4) Sap. 11, 8. ex informi materiæ 4), Johannes dicit; se testimonium
5) Apoc. 1, 2. tulisse de sermone Dei 5) & de sermone vitæ 6). Joel
6) 1. Joh. 1, 1. inquit: Sermo Domini fuit apud me 7). Summa sa-
7) Jerem. 19, 14. Joel. 1, 1. Hes. 12, 1. Cant. 5, 5. pientia ædificavit domum suam, inquit Salomon 8).
8) Prov. 9, 1. Hic sermo autem vel mentis Dei sapientia, totus est sa-
9) Job. 12, 13. pientia & prudentia, penes quem sapientia & fortitudo illius, consilium & intelligentia 9), ad quem Salomon quoque suas preces fundit, dicens: O Deus Patrum meorum, da mihi sapientiam Tuo throno semper circumstantem, sapientiam scilicet sermonis & spiritus; Sapientia enim, quæ a Te est, non præsente, nihil reputandus est homo, quia Tecum est sapientia, quæ novit opera tua, & quæ adfuit cum feciſti mundum, & quæ scit, quid placeat oculis tuis, & quid justum ex mandatis tuis; & precando pergit: ut Deus illam e sanctis cœlis ex Throno gloriæ suæ emittat, ut præsens versetur se cum in suis negotiis, & cognoscat, quid gratum acceptum-

acceptumque sit apud eum; illa enim novit omnia, pergit, atque intelligit, illa ducat me moderate in meis actionibus, & conservet me in gloria sua 10). Syrach dicit: Multa sapientia est in Domino 11). Sapientiam ejus enarrabunt gentes, & sermone ipsius stetit aqua, tanquam frugum acervus, & verbo ejus oris aquarum receptacula 12).

10) Sap. 9. leg.
11) Syr. 15, 18.
12) Syr. 39, 10. 17. sec. græc.

§. 16.

Infinitam vero efficaciam, cum hæc quoque a robore mentis Dei, Auctorem nullum, nisi se ipsum agnoscentis, causaliter per spirationem emaneat, suamque originem trahat, vocamus Voluntatum seu Decretum; Christo nos ita erudiente, quando dicit: Fiat Voluntas tua 1) & Scriptura: Quis novit consilium Dei, aut quis scit, quid velit Dominus 2)? Quæcunque Dominus vult, quis destruet 3)? Consilium Dei spreverunt 4). Definito consilio & præscientia Dei traditus est 5), facienda, quæcunque manus tua & consilium tuum prius decreverant, ut fierent 6). David cum sua ætate inserviisset voluntati Dei, obdormivit 7). Non subterfugi, quo minus adnuntiarem vobis, omne consilium Dei 8). Decretum voluntatis ipsius 9): Decretum tuum qui novit 10). Firmum est consilium ejus 11). Quis resistet voluntati ejus 12). Per voluntatem Dei 13). Secundum voluntatem suam 14). Consilium tuum quis noverit? nisi tu dederis Sapientiam, & miseris Spiritum sanctum tuum e cœlis altissimis? Sic enim correctæ sunt eorum, qui in terra versantur semitæ, & res quæ placent tibi homines edocti sunt: Itaque sapientia fuerunt servati 15).

1) Matth. 6, 10. Luc. 22, 42. Joh. 4, 34.
2) Sap. 9, 13. 14.
3) Jes. 14, 27.
4) Luc. 7, 13.
5) Act 2, 23.
6) cap. 4, 28.
7) cap. 13, 36.
8) cap. 20, 27.
9) Eph. 1, 11.
10) Sap. 9, 13.
11) Hebr 6, 17.
12) Rom. 9, 1. 9.
13) 2. Tim. 1, 1.
14) Hebr. 2, 4.
15) Sap. 9, 17. 18. 19

§. 17.

Et sicuti mens illa principialis, vitalis, seu pru-

dentia, ut præcipua & in se potentissima, non ratione essentiæ, nec dignitatis aut temporis, sed ratione supernaturali, secundum internam proprietatem, auctore, generatore ac productore caret, quæque est inexplicabilis, & incognita Mens Dei & immediate a se ipsa orta est, & cujus principium ab æterno sine temporis intervallo inseparabiliter est Sapientia, Sermo, Voluntas & Decretum; ita quoque ex intimo ejus roboris, uno quasi ictu, modo operativo, nil temporis interveniente, sed continue ac immediate, ex unitate naturæ ejus, ut ex sola ac unica causa, principio, fonte & puncto, ortum habent & existunt reliquæ duæ Hypostases seu Personæ a).

a) Mich. 5, 2. Ps. 72, 17. Prov. 8, 12. ult. Sap. 7, 22. Jer 10, 12.

§. 18.

Qua propter, hæc sola ac supernaturalis est, causa carens, virtus interna, independentis ac propriæ proprietatis mentis Dei, ita ut ex unico & menti huic proprio esse, dilectus filius causalis generetur, & Spiritus seu voluntas Dei causativus procedat. Quare etiam ipse Dominus & quidem suo jure, propter suum ipsius sibique proprium esse, nomen Domini virtutum sibi imposuit, ut & Luminum, Spirituumque Patris: 1) Unde & nos ansam sumentes ei attribuimus characteristicam suæ proprietatis, quæ est, quod appelletur Pater; Patrem eum itaque appellamus, Auctore carentem, non genitum nec ab alio procedentem; sicut & semetipsum ita appellavit, dicendo ad homines; Nonne unus Pater omnibus nobis est, nonne unus Deus creavit vos 2)? Apud Prophetas quoque passim ita appellatur: Tu es Pater noster 3) & si Pater ego sum, ubi est gloria mea 4). Ob Essentialem autem & ab æterno factam generationem filii sui, ipse dicit: Filius meus tu es, ego hodie Te generavi 5): (quod τὸ HODIE indefinitum est:) Ex utero

1) Zeph. 2, 9. Jac. 1, 17. sec. græc.

2) Matth. 2, 10.

3) Es. 63, 10.

4) Mal. 1, 6.

5) Ps. 2, 7. Prov. 8, 22. 24.

utero meo ante auroram Te generavi 6). Nec minus ipse filius ipsius dilectus, talem generationem esse factam testatur, inquit enim: Pater meus es tu 7). Pater major est me 8). Respectu scilicet, quod non sit generatus, & quod Filium generavit, eumque misit. Pater si est possibile, transeat a me calix iste 9). Pari ratione quoque æternam Spiritus sancti a Patre processionem nos docens, inquit: Quum autem venerit Consolator, seu Spiritus veritatis, qui a Patre procedit 10), ex quo dicto immediata & causam agnoscens emanatio seu processio Spiritus sancti a Patre satis clare dilucet: (Præpositiones enim græcæ ἐκ & παρὰ 11), primam ac immediatam causam indicant.) cum quo & plura alia Scripturæ dicta conveniunt, imprimis sequentia: Vidi Spiritum, ut venti turbinem venientem ab Aquilone 12). Spiritus a me exibit 13). Spiritus roboris tui 14). Per Dei digitum ejicio Dæmones 15). Spiritus qui a Deo est 16). Spiritus meus 17.) Supra quem adquieset Spiritus Dei 18). Spiritus oris ejus 19). Spiritus Dei formavit me, Spiraculum Omnipotentis vivificavit me 20). Spiritum tuum sanctum ne recipias a me 21). Spiritus Dei est in me, eo quod Deus unxit me 22). Spiritus vitæ a Deo 23). Spiritus Patris 24). Secundum effectum autem communis operationis propter æqualitatem virtutis essentiæ, passim in Scriptura, jam Filius, jam Spiritus vocantur manus, brachium, dextera, oculi, digiti Dei, & similia, quæ quidem ad faciliorem seu promptiorem conceptum humanæ menti ingerendum, sunt pronunciata, divinæ tamen essentiæ convenienti modo intelliganda sunt: Heic faciunt sequentia dicta: Spiritus est Deus 25). Dominus Spiritus est 26). In manu potenti brachioque alto 27). Manus tuæ creaverunt me & formarunt 28). Dominus cum violentia,

6) Ps. 110, 3.
7) Ps. 89, 27. 2. Joh. 3.
8) Joh. 10, 29. cap. 14, 28.
9) Matth. 26, 39.
10) Joh. 15, 26.
11) Matth. 10, 20. 2. Petr. 1, 17. 1. Cor. 2, 12.
12) Hes. 1, 4.
13) Es. 57, 16.
14) Sap. 11, 21.
15) Luc. 11, 20.
16) 1. Cor. 2, 12.
17) Es. 59, 21. Zach. 4, 6.
18) Es. 11, 2.
19) Ps. 33, 6.
20) Job. 33, 4.
21) Ps. 51, 13.
22) Es. 61, 1.
23) Apoc. 11, 11.
24) Matth. 10, 20.
25) Joh. 4, 24.
26) 2. Cor. 3, 17.
27) Ps. 136, 12.
28) Ps. 119, 73.

tia, & brachio 29). Potenti manu, brachioque alto 30). Idcirco in Deo non ulla alia facultas seu operatio in una sibi propria virtute & efficacia exiſtit, niſi incarnatus ejus dilectus filius, seu sermo, & æternus ſuus efficax Spiritus omnia vivificans; Quocirca de hoc Chriſtus dixit: Ego per digitum Dei rejicio Dæmones 31) & Scriptura paſſim ſequentibus utitur loquendi formulis: Domine, altum eſt brachium tuum 32). Fortitudini brachii tui quis reſiſtet 33), & quis voluntati ejus contrariari valet 34). De Filio ſequentem in modum ſcriptura loquitur: appropinquat protinus juſtitia mea, & egredietur tanquam lux, ſalus mea, & in brachio meo gentes ſperabunt 35). David inquit: Domine (ubi nota Perſonam Patris & Filii) quo ibo a Spirito tuo (Spiritus Sanctus heic indigit) aut quo a facie tua fugiam 36). Oculi Domini millies mille ſole ſunt ſplendidiores 37). Porro Chriſtus veſtimentum, Spiritus vero Tunica & cingulum appellantur: Induiſti me veſtimentum ſalutis, & tunicam lætitiæ impoſuiſti mihi 38). Quicunque baptizati eſtis in Chriſtum, Chriſtum induiſtis 39). Quibus loquendi formulis & David non infrequens utitur: Eſaias ita exprimit: Imponam ſermones meos in ore tuo, & ſub umbra manuum mearum tegam te 40). Lucas & alii: Spiritus Domini obumbrabit Te 41). Abſcondam ſub tegmine alarum tuarum 42). Sermone Domini cœli firmati ſunt, & Spiritu oris ejus, omnis exercitus eorum: nonne manus mea & brachium meum valeat ſervare vos 43)? Dolore affecerunt Spiritum Sanctitatis ejus 44). Attollam oculos meos ad illos montes, unde veniet auxilium meum 45) egreditur Spiritus a Domino 46) Spiritus Dei incubabat ſuperficiei aquarum 47) in Spiritu meo 48). Spiritus incorruptus tuus eſt in omnibus 49). Chriſtus de ſe ipſo dicit: Ego

ſum

29) Iſ. 40, 10.
30) Devt. 11, 2.
31) Luc. 11, 20.
32) Eſ. 26, 11. cap 30, 30.
33) Sap. 11, 22.
34) Rom. 9, 19.
35) Eſ. 51, 5. cap. 59, 16. cap. 63, 5.
36) Pſ. 139. leg.
37) Syr. 23, 28.
38) Pſ. 18, 33. - 45, 4. Eſ. 61, 10. 1. Theſſ. 5, 8.
39) Gal. 3, 27.
40) Eſ. 51, 16.
41) Luc. 1, 35.
42) Pſ. 57, 2.
43) Devt. 7, 19. Eſ. 59, 1.
44) Eſ. 63, 10. 11.
45) Pſ. 121, 1.
46) Num. 11, 31.
47) Gen. 1, 2.
48) Sach. 4, 6.
49) Sap. 12, 1.

sum totus in Patre, & Pater in me 50.) Ejusmodi multæ aliæ locutiones hinc & inde in Scriptura occurrunt. 50) Joh. 14, 11.

§. 19.

Proprius itaque Patri est character ad intra, quod generet atque ab illo procedatur 1). Characteristica ejus proprietas ad extra est, Creatio, cura & gubernatio universi mundi 2). 1) Ps. 2, 7. Joh. 15, 26. 2) Gen. 1, 1. Ps. 124, 8. Jer. 10, 11.

§. 20.

Sapientiam sive sermonem cum genita sit ex mente, quæque ratione unitatis essentiæ a voluntate minime est separata, appellamus progeniem mentis seu Patris, unde quoque dicimus Filium causam habere, & genitum esse ab æterno, a Patre causam non agnoscente & minime genito, Deum a Deo, Lumen a Lumine, vitam a vita, & attribuimus ei secum characteristicam proprietatem ad intra, quæque soli Filio est propria, quod generetur 1), ad extra autem in proprietatem ei adscribimus characteristicam, salvationem generis humani 2). 1) Es. 63, 1. Hebr. 1, 3. 2) Es. 62, 11. Gal. 3, 13. c. 4, 4. 5. Rom. 3, 24. 25. 1. Tim. 2, 6.

§. 21.

Voluntatem vero seu Decretum & efficacissimam operationem, cum ea quoque sit producta a mente seu Patre, quæque ratione essentiæ non est separata a Sapientia, appellamus Spiritum Mentis seu Patris; unde quoque Spiritum causam habentem ac a Patre auctore & productore destituto, Deum a Deo, Lumen a Lumine, Vitam a Vita procedentem dicimus, atque attribuimus ei tertiam characteristicam proprietatem ad intra, quæque unice Soli Spiritui competit, inque eo consistit, quod procedat 1). Proprietas autem ejus ad extra est Sanctificatio 2). 1) Joh. 15, 26. Matth. 3, 16. 2) 2. Thess. 2, 3. Act. 13, 2. Rom. 1, 4. Ps. 104, 30.

§. 22.

Hac igitur ratione, ex his tribus Personis, mysterium unius Trinitatis invicem omnino non separandæ, in una natura Dei, impletur; Qui secundum enumerationem distinctam harum trium in Deo Personarum, a nobis dicitur: *)

Unus, qui caret principio 1) & fine 2), qui est immortalis 3), Omnipotens 4), Sempiternus 5), Omniscius 6), Misericors 7), Bonus 8), Æternus 9), Immutabilis 10), Justus Judex 11), Immunis a peccatis 12), verus Deus 13), qui causam præter se non habet 14), neque genitus 15), sed sui ipsius causa 16) genitor 17), atque Productor 18) est. Ab æterno est æternus Pater, a quo sunt omnia & nos in eo 19).

Unus, carens principio & fine, qui est immortalis, Sempiternus, Omniscius, Misericors, Bonus, Æternus, non mutabilis, Justus Judex, immunis a peccatis, verus Deus, omnipotens sermo 20), qui a Patre, causam sui habens, & ab æterno genitus est Filius 21). per quem omnia facta sunt, & nos per eum 22).

Unus, carens principio & fine, qui Immortalis, Sempiternus, Omniscius, Misericors, Bonus, Æternus, Immutabilis, Justus Judex, immunis a peccatis, verus Deus, Sanctissimus & omnem habens virtutem 23), æter-

1) 2) Apoc. 1, 8.
Es. 41, 4.
Ps. 90, 2.
- 102, 27. 13.
3) 1. Tim. 6, 16.
4) Apoc. 11, 17.
5) Ps. 55, 20.
- 102, 27.
6) Syr. 1, 9.
Act. 15, 8.
7) Ps. 103, 8.
8) Luc. 18, 19.
9) Rom. 6, 26.
10) Mal. 3, 6.
11) 2. Tim. 4, 8.
12) Ps. 5, 6.
1. Petr. 2, 22.
13) 14) 15) Joh. 3, 30.
Es. 44, 6.
16) 17) Matt. 12, 18.
Apoc. 1, 11.
Prov. 8, 23.
Ps. 2, 7.
18) Joh. 15, 26.
19) 1. Cor. 8, 6.
Mal. 2, 10.
20) Ps. 107, 20.
Sap 18, 15.
21) Prov. 8, 25.
22) Hebr. 1, 1.
Joh. 1, 10.
1. Cor. 8, 6.
23) Sap. 11, 23.

*) Lucianus in Philopat. Serm: Altissimus, Deus, Deus immortalis, cœlestis, Filius Patris, Spiritus a Patre procedens unum ex tribus, & tria ex uno.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0066
DFG

æternus est Spiritus 24), qui a Patre sui causam habet, & ab ipso una cum Filio ab æterno procedit 25), ab utroque autem ratione missionis mittitur: (Sicut etiam Spiritus mittit Filium 26) & in tempore per Filium 27) hominibus apparuit 28)) in quo omnia & nos in eo.

24) Hebr. 9, 14.
25) Joh. 15, 26. Matth. 10, 20. Es. 11, 2. cap. 42, 1. 2. Petr. 1, 17. 1. Petr. 4, 12. 1. Cor. 2, 12. Rom. 8, 15. Apoc. 11, 11.
26) Es. 61, 1. cap. 48, 16.
27) Tit. 3, 6.
28) Act. 1. & 2. lege.

§. 23.

Quod vero attinet essentiam hujus unius divinæ naturæ, trium perfectissimarum Personarum, corde credimus, oreque unanimiter omnes confitemur, unum perfectissimum Deum 1) ratione essentiæ & naturæ unicum ratione Hypostasium divinarum Personarum trinunum, a nemine ortum, a se ipso causam habentem, non genitum, sed ipsum causam, genitorem & productorem carentem principio, ac fine, immortalem, simplicem, ab omni perturbatione & corruptione liberum, unius essentiæ, in eadem gloria pari Throno insedentem, æqualis regiminis, honoris, & summæ potentiæ, omniscium, ejusdem consilii ac voluntatis, ejusdem operationis, æternum, rationeque Personarum perfectissimam, sanctissimam vivificamque Trinitatem, 2) Patrem carentem principio, & Filium Principium simul cum eo habentem, & sempiternum Spiritum. Unus enim est Deus & Pater omnium, qui est supra omnia, & per omnia & in omnibus nobis 3). Hic est Deus noster in æternum, & in secula seculorum, & ipse pascet nos in Secula 4).

1) Matth. 5, 48.

2) Lev. 11, 44. 1. Petr. 1, 16. Joh. 6, 63. Gen. 26. Gen. 3, 22. Es. 22, 23.
3) Rom. 10, 10. Eph. 4, 6. 2. Cor. 4, 13.
4) Ps. 48, 15.



CAP. III.

§. 1.

Credimus hunc, esse unum Deum, trinum in una simplice natura, qui per manum potentem 1) per sermonem sapientiæ suæ & virtutis, per Filium scil. 2) extendit Solus Cœlum 3), statuitque illud, ut cameram, & expandit ut Tabernaculum, ut in eo habitet 4), & firmavit terram supra aquas 5) ejusque terminos præparavit 6) & dedit stationem Populo, qui est super eam 7) & mensus est pugillo aquas, & cœlos complexus est palma, terramque tribus digitis, & libravit pondere montes, collesque in statera 8), qui fecit mare, & aquas in eo concludit, cujus manus siccum formaverunt 9), & ejus columnas supra aquas confirmant 10), qui formavit lucem & tenebras 11), solem ac lunam & omnes stellas cœli 12), qui & fecit ignem, grandinem, nivem, glaciem, aerem 13), Spiritumque procellarum, frugiferas & omnis generis arbores, Bestias, omniaque jumenta, reptilia & volucres volatiles 14) æstatem ac ver 15), qui continet circulum terræ, cujus inhabitatores sunt quasi locustæ 16), qui omnia

1) Es. 62, 8. Jer. 32, 18.
2) Gen. 1. leg. Hebr. 1, 2. Sap. 9, 9. Joh. 1, 3. Eph. 3, 9.
3) Es. 44, 24. Jerem. 51, 15.
4) Es. 40, 12. Job. 38, 12. Ps. 115, 16. Syr. 43. leg.
5) Ps. 136, 6.
6) Es. 40, 28.
7) Es. 42, 5. cap. 45, 18.
8) Es. 40, 12.
9) Ps. 95, 5. Gen. 1. leg.
10) Ps. 75, 4.
11) Es. 45, 7.
12) Ps. 136. & 148. leg.
13) Ps. 148. leg. Job. 28, 5.
14) Ps. 148, 9.
15) Ps. 74, 17.
16) Es. 40, 22. cap. 42, 5.

omnia quæ ſunt in mundo, etiam abſcondita, & quæ infra mundum ſunt, quæ in cœlo & ſupra cœlum, & in terra, qnæcunque ſunt in mari, ſpirantia & non ſpirantia, quæ moventur & non moventur, videntur & non videntur, compoſita & non compoſita 17), & omnia quæcunque modo voluerit in cœlo & in terra, in mari & in abyſſo ex nihilo fecit 18), qui potenti atque excelſo brachio 19) benignæ voluntatis ſuæ ac amoris, non ſolum intra 6. dierum ſpatium hæc omnia perfecit valde bona, ſed etiam maxime bona 20) qui & omnium harum rerum curam agit, regnat, gubernat, omnemque naturam mundi ad bonum movet; idque omne, ut ſanctæ ſuæ voluntati ac placito, ad cujuscunque creaturæ naturam ac ordinem reſpectum habens, bene viſum eſt, efficit; quanquam ſapientiſſima ipſius gubernatio non ſemper omnium in oculos inlucet 21). Sic enim per Prophetam Davidem loquitur: Sermone Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ejus, omnis eorum exercitus 22). Jobus inquit: Spiritus ejus ornavit cœlos obſtetricante manu ejus, & ductus eſt coluber tortuoſus 23), & alibi: Spiritus Dei fecit me 24). Sic Deus per manum potentem & per brachium excelſum, ſimul ac dixit & præcepit: Fiat, & omnia facta ac creata ſunt; ſtatuitque ea in ſecula, usque decretum dedit, quod nullum transgrediatur 25).

17) Neh. 9, 6.

18) Sap. 11, 18. Gen. 1. leg.

19) Eſ. 41, 4.

20) Syr. 39, 21. Gen. 1, 31.

21) Sap. 12, 15. cap. 14, 13. Pſ. 145, 16. Pſ. 147, 8. Matth. 6. leg. Col. 1, 16.

22) 23) Pſ. 33, 6. Sap. 9, 1. Job. 26, 13.

24) Hiob. 33, 4.

25) Pſ. 119, 91. - 148, 5. 6. Eſ. 51, 16. cap. 45, 12.

§. 2.

Hic Deus, ut ſapientiſſimus, non ſolum creaturas ut ſuas ac a ſe conditas agnoſcit, earumque curam habet 1), ſed & ſe ipſum multo magis noſcit & intelligit 2).

1) Syr. 42, 18. 19 Pſ. 40, 18. - 145, 16. Matth. 6, 26. Sap. 12, 13.

2) Joh. 10, 5. Job. 28, 12. 20. Luc. 10, 22. Bar. 3, 38.

§. 3.

Idcirco habet sermonem, sapientiam & voluntatem 1), per quas agnoscit & intelligit se ipsum 2), diligit suas creaturas 3), semet ipsum autem multo magis 4). Ille enim ut ipse amor 5), ipsa veritas 6), ipsa bonitas 7), donat, attribuit & communicat ea creaturis suis 8).

1) Matth. 13, 54. 1. Thess. 4, 3.
2) 1. Cor. 2, 11.
3) Sap. 11, 25. Ps. 145, 9.
4) 1. Joh. 4, 8. Joh. 5, 20.
5) 1. Joh. 4, 16.
6) Joh. 14, 6.
7) Matth. 20, 15.
8) Syr. 1, 10.

§. 4.

Et has quidem proprietates Deus excellentiori modo & principaliter in se habet 1) v. g: Deus est fons amoris, ergo dat amorem, est fons Sapientiæ, ergo dat Sapientiam: Si cuinam, loquitur scriptura, vestrum desit Sapientia, postulet a Deo, qui dat simpliciter, nec exprobat, ac dabit ei, sed postulet cum fiducia, nec hæsitet 2,) scit enim Deus pater cœlestis, quid cuique creaturarum opus sit 3) nec vult, ut vel capillus a capite cujusquam pereat 4). Operatur enim perpetuo, testante Scriptura: Pater meus operatur huc usque, & ego operor, & attribuit cuique ex gratia, quæ opus sunt 5).

1) Syr. 1, 1. cap. 42, 18. Prov. 8, 12.
2) Jac. 1, 5. 6. Prov. 2, 3. 6.
3) Matth. 6, 8. 32.
4) Luc. 21, 18.
5) Joh. 5, 17. Act. 17, 25. Luc. 12, 30.

CAP.



CAP. IV.

§. 1.

CRedimus hunc triunum a nemine creatum Deum creatorem & Patrem cum Filio & Spiritu sancto 1) post ministrorum igneam ferentium formam, creationem 2) Sapientemque cæterarum creaturarum formationem confectam, sexto die ex terra creaturarum nobilissimam formasse, animal nempe rationale, hominem; Angelis ratione materiæ aliquatenus inferiorem 3): Masculum quidem & fœminam secundum internam suam imaginem, ac similitudinem 4).

1) 1. Joh. 5, 7. Es. 6, 3. 8. Joh. 22, 28. Matth. 28, 19.
2) Ps. 102, 4. Ps. 91, 11. Dan. 7, 10. Es. 6, 3. Col. 1, 16. Luc. 16, 22.
3) Ps. 8, 6. sec. græc.
4) Es. 44, 7. cap. 45, 12. Gen. 1, 27.

§. 2.

Formavit Deus hominem, pulverem accipiens de terra, & inspirans in faciem ejus spiraculum vitæ, & factus est homo primum formatus 1), eique indidit animam vivam 2), ratione, intellectu & voluntate præditam, & sic eum formavit liberum a pravis adfectibus, morti non obnoxium 3) perfectum, liberoque arbitrio donatum 4). Et quoniam Deus, hominem a se formatum eum in finem creavit, ut mundo imperaret, eum quoque gloria & honore coronavit, & omni carni timorem

1) Sap. 10, 1. Gen. 2, 7.
2) Syr. 17, 1. cap. 33, 10. Es. 42, 5. Prov. 24, 12. sec. græc. Sach. 12, 1.
3) Sap. 2, 23.
4) Sap. 15, 14.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0071
DFG

morem ejus amorem impoſuit 5) eumque conſtituit imperantem omnibus operibus manuum ſuarum. Omnia pedibus ejus ſubjecit, oves & boves omnes, etiam pecora campi, volucres cœli & piſces maris 6). Septimo autem Die ceſſavit ab omnibus operibus ſuis 7) ei benedicens ac ſanctificans.

5) Syr. 17. leg.

6) Pſ. 8. leg. Gen. 1, 28. Sap. 9, 2. cap. 10, 2.

7) Gen. 2, 3.

§. 3.

Quæ omnia, quum Deus Adamo monſtraſſet, eaque ad illum adduxiſſet, unicuique animalium, ipſorum naturæ conveniens nomen, prout ſibi videbatur, impoſuit 1). Deus præterea homini benedixit, dicens, creſcite & multiplicamini terram 2), poſuitque eum in Paradiſo eique permiſit comedendum, ex omnibus fructibus arborum horti, exceptis fructibus ex arbore ſcientiæ boni & mali, qua die enim exiſtis comederent, mortem eſſent morituri 3).

1) Gen. 2, 20.

2) Gen. 1, 28.

3) Gen. 2, 16. 17.

§. 4.

Deus interim videns, homini non conducere eſſe ſolum 1), immiſit ſoporem in Adamum, eoque alto ſomno ſopito, accepit unam e coſtis ejus, exque ea ædificavit Fœminam 2) in adjutorium ejus 3), quam cum vidiſſet Adamus nominavit eam mulierem 4), ex qua ſecundum Dei intentionem, accepta benedictione, in obedientia erga Deum, legitimo modo proles ſuſciperet, ſeque in terra multiplicaret 5). Sed proh dolor! fraude ac aſtutia malorum principis ac homicidii, Serpentis 6), ſeu induſtria Apoſtatæ maligni jam lapſi Angeli 7), divinum iſtud mandatum transgredi eſt ſeductus, & obtemperans conſilio Fœminæ fraudulento 8) una cum illa comedit ex arbore vetita Paradiſi, & ſic deſcivit ab amore, gloria & gratia Dei, & per inobedientiam in iram a perfectione ad imperfectionem, ab immor-

1) Gen. 2, 18.

2) Gen. 2, 21. 22.
3) 4) Gen. 2, 23.
5) Eſ. 45, 18. Gen. 1, 8.
6) Eſ. 27, 1. Gen. 3, 4. Joh. 8, 44. Apoc. 20, 2.
7) 2. Petr. 2, 4. Jud. 6. Eſ. 14, 12.
8) Gen. 3, 6. 1. Tim. 2, 14. 2. Cor. 11, 3. Syr. 25, 32.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0072
DFG

immortalitate ad mortem, ab innocentia & puritate ad malignitatem & astutiam prolapsus est 9).

9) Sap. 2, 23. 24. Gen. 3, 19.

§. 5.

Deus vero malum & mortem plane non fecit, nec lætatur in pernicie hominis 1); sed omnino implevit cor illorum intelligentia & scientia, eisque monstravit & mala & bona 2).

1) Sap. 1, 13.

2) Syr. 17, 6, 7.

§. 6.

Homo autem ea, quæ a natura iis insita erant, non penitus amisit, nam etiam adhuc & rationem & voluntatem & capacitatem ingenii, & liberum arbitrium habet, hæc omnia enim si amisisset, in rationale penitus animal abiisset.

§. 7.

Verum ex immortali 1), mortalis 2), ex innocenti & puro, malignus & astutus, ex homine immuni a peccatis, factus est peccator; neglecto enim libero puroque arbitrio, obnoxium se reddidit peccato, ita ut ne amplius suæ potest imperare voluntati, quam, immorigerum se exhibens Deo, peccato subjecit 3), quæ illum trahit, sicut jumentum trahitur a suo Domino: Quapropter & Propheta hominem iis comparans, dicit: Homo cum in honore erat, insipiens fuit, est comparatus jumentis irrationalibus, & similis factus est illis 4). Et sic, homine Deum suum conditorem derelinquente, honore suo privatus, Paradyso expulsus est 5).

1) Sap. 2, 23.
2) Rom. 5, 12. Hesek. 18, 4. 19.
3) Rom. 6. leg.
4) Ps. 49, 13. 27.
5) Gen. 3, 23. Es. 57, 17.

§. 8.

Hinc oritur noxa primigenia, qua omnes homines, ab Adamo ortum trahentes affecti sunt 1), nec

1) Sap. 7, 1. ult. 2. Mac. 7, 28.

quisquam ex carne naſcitur, qui ab iſta noxa eſſet immunis, ejusque fructum in ſe non ſentiret 2).

2) Gen. 2, 17. 1. Cor. 15, 21. Syr. 40, leg.

§. 9.

Fructus vero ille eſt pœna, quam divina conſtituit juſtitia, propter mandati transgreſſionem, quare Adamo dicit: Maledicta ſit terra in operibus tuis; in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec revertaris tu in terram, ex qua ſumtus es, quia terra es, & in terram redibis, & Evæ: in doloribus paries liberos: quin erga virum appetitus tuus eſto, & ipſe in Te dominabitur a).

a) Gen. 3. leg.

§. 10.

Cæteræ omnes malæ cogitationes ex corde hominis oriuntur 1), uti David aliaque Scripturæ loca teſtantur: Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis geſtavit me mater mea 2). Ex corde oriuntur pravæ cogitationes, Latrocinia, homicidia, Scortationes, falſa teſtimonia, convitia 3). Videns Dominus Deus, quod multiplicatæ ſunt malitiæ hominum ſuper terram, & omnis in corde ſuo cogitat diligenter ad mala, omnibus diebus 4). Quapropter & Dominus Deus dixit: Nolo ultra maledicere terræ, propter opera hominum ſupra terram; cogitatio enim omnis in eorum cordibus inclinata eſt ad mala omnibus diebus 5). *)

1) Sap. 12, 10. Prov. 6, 14.

2) Pſ. 51, 7.

3) Matth. 15, 19. Marc. 7, 22. 21.

4) Gen. 6, 5.

5) Gen. 8, 21.

CAP.

*) Syr. 40, 1. Occupatio magna homini cuique creata eſt, & jugum grave filiis Adami impoſitum, & de quo die egreſſi ſunt ex utero matris ſuæ ad diem usque, quo ad matrem omnium revertentur.

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1853642843/phys_0074 DFG



CAP. V.

§. 1.

CRedimus, hunc Deum, qui cum suo Filio & Spiritu sancto primo, primum hominem creavit, eum lapsum & errantem etiam restaurasse & sanasse 1).

1) Hos. 6, 1. Zeph. 3, 19. Sap. 10, 1. 2. 2. Sam. 7, 13. Es. 30, 26. cap. 49, 8. cap. 51, 22. Sach. 8, 7. Mich. 4, 6. 7. Hes. 34, 16.

§. 2.

Credimus insuper, hunc hominis lapsum ab æterno a Deo præcognitum fuisse, sed non prædestinatum seu constitutum, ut necessario fieret, mortem enim Deus nequaquam fecit 2).

2) Sap. 1, 13.

§. 3.

Credimus porro, Deum ab æterno præsciviſſe, Christum in carnem venturum, hancque incarnationem ab æterno esse prædestinatam 3), beatamque Mariam eum in finem ab æterno esse electam & constitutam 4).

3) Apoc. 13, 8. Ps. 47, 12. Ps. 98, 2. Rom. 16, 29. Eph. 1, 9. 11. cap. 3, 9. Col. 1, 26. 1. Petr. 1, 20.

4) Hebr. 2, 16. Ps. 132, 11. Ps. 89, 4. Es. 7, 14. cap. 9, 6.



CAP. VI.

§. 1.

Credimus hunc Deum ex immenso suo, in hominem, amore 1) ac misericordia in proprias suas creaturas permotum, conceptionem sine viro & incorruptam generationem Christi, Mariæ, cum plenitudo temporis venisset, per Michaelem Angelorum Primatem annuntiasse 2), qui eam salutando dixit: Ave gratia plena; Dominus Tecum est: & Spiritus sanctus superveniet in Te, & virtus altissimi inumbrabit Te 3). Tum Spiritus sanctus in ea supervenit, eamque inumbravit, & a peccato per Adami lapsum humano generi contracto, purgavit, secundum voluntatem Patris, cooperante Spiritu sancto.

1) Joh. 3, 16. 1. Joh. 3, 16. cap. 4, 9.

2) Gen. 49, 10. Gal. 4, 4. Dan. 9, 24. Luc. 1, 28. usque 35.

3) Matth. 1, 18. Luc. 1, 28. & 35.

§. 2.

Verbum seu Sermo itaque caro factus est, & habitavit in utero beatæ semper Virginis Mariæ, quæ non noverat virum & absque semine concepit eum. a)

a) Luc. 1, 28. 35. Es. 7, 14. cap. 9, 6. cap. 11. leg. Ps. 72, 6. Ps. 133, 3. Ps. 132, 11. Ps. 127, 3.

§. 3.

Hic unigenitus Filius Sermo Dei, tali modo conceptus, ac uti erat perfectus Filius Patris sui, sic caro factus,

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0076
DFG

factus, perfectus Filius Matris suæ, factus est, Animam habebat 1) intellectu 2) ratione 3) ac voluntate præditam; Ipsius voluntas erat efficax ac libera 4), nec quadam ex his rebus indigebat. Erat enim edoctus a cœlesti suo Patre 5).

1) Joh. 1, 14.
2) Eph. 4, 13.
3) Matth. 5, 48. cap. 26, 38.
4) Joh. 10, 18.
5) Joh. 17, 16. ult. Joh. 8, 28.

§. 4.

Nutriebatur ut aliorum hominum infantes, sanguine sanctæ suæ matris 1). Natus est Infans, ita tamen ut Mater semper indelibata Virgo manserit 2). Mater eum lactabat 3), & puer sapientia & gratia proficiebat, Spirituque 4) corroboratus; Octava die est circumcisus 5) Obedientiam præstabat parentibus, iisque erat subjectus 6). Inter homines versabatur 7) ac cum iis est collocutus 8). Quæ omnia, uti erat Deus ac homo, diverso modo peregit 9).

1) Luc. 11, 27.
2) Es. 9, 6. Luc. 1, 37. Ezech. 42, 2, 3.
3) Luc. 11, 27.
4) Luc. 2, 40.
5) Es. 8, 4. Luc. 2, 21.
6) Luc. 2, 51.
7) Bar. 3, 38.
8) leg. Evang.
9) Es. 55, 8, 9.



CAP. VII.

§. 1.

Credimus hunc Sermonem Deum, naturæ humanæ communicatum 1), & ideo duabus ex naturis consistentem 2) divinæ suæ naturæ nihil omnino detraxisse, seu eam imminutam aut debilitatam reddidisse, aut ab ea separatum

1) Phil. 2, 7. Hebr. 2, 16.
2) Rom. 8, 3. 1. Tim. 3, 16. Phil. 2, 6. Joh. 1, 14.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0077
DFG

tum esse, ita, ut divinam ejus naturam propter adsumtionem humanæ, nullo modo mutatam, firmiter credamus 3).

3) Mal. 3, 6. Syr. 42, 21, 22.

§. 2.

Deus enim, etsi humanam induit naturam, ea propter tamen humana natura non mutata est in divinam, multo minus divina se immiscuit humanæ, sed quælibet in suo ordine, propriaque perfectione permansit: affirmante hoc Scriptura per Paulum dicentem: Donec perveniamus nos omnes in unitatem fidei, & agnitionis Filii Dei, in virum adultum ad mensuram plenæ staturæ Christi 1), & Jacobum: In multis impingimus omnes. Si quis in sermone non impingit, hic perfectus est vir 2) & Esaiam: Neque dolus est in ore ipsius (nempe Christi) 3) ergo perfectus erat vir. Divina autem sanctificando humanam 4) servavit eam liberam a peccatis 5). Hæ naturæ, etsi ambæ erant perfectæ, humana tamen obediebat divinæ, eique erat subjecta 6). Erat sine peccato, omniumque errorum immunis 7), quippe quæ a Deo oriunda, divina erat, nequaquam originem trahens a semine viri, aut voluntate carnis 8); Quapropter etiam Deus ipsum in summam extulit sublimitatem, ac donavit ei nomen, quod est supra omne nomen: Ut ad nomen Jesu omne genu se flectat cœlestium ac terrestrium & subterraneorum; omnisque lingua profiteatur, Jesum Christum esse Dominum, ad gloriam Dei Patris 9).

1) Eph. 4, 13.

2) Jac. 3, 2. Eccl. 7, 21. Prov. 20, 9.

3) Es. 53, 9.

4) Joh. 10, 36. 1. Petr. 2, 22. Hebr. 7, 26.

6) Hebr. 5, 7. 8. Phil. 2, 8.

7) Hebr. 4, 15. Joh. 8, 46. 2. Cor. 5, 21.

8) Joh. 16, 27. cap. 1, 13. cap. 17, 16.

9) Phil. 2, 9. Eph. 1, 21. Col. 2, 10. Es. 53, 12. cap. 45, 23. Ps. 89, 28. Ps. 110, leg.

§. 3.

Ipse igitur, qui a Patre, modo, rationi non comprehensibili, ab æterno est genitus, & in tempore improvisus nec opinatus, a Matre semper virgine, caro factus & natus est: Filius est seu Sermo Dei.

§. 4.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0078
DFG

§. 4.

Ipse consistit cum Patre ac Spiritu sancto in una eademque divina natura & essentia 1): humanam autem naturam accepit ex semine Abrahæ 2): & sic duarum naturarum factus est particeps, atque secundum humanum, unius naturæ & essentiæ nobiscum 3).

1) Joh. 10, 30.
2) Joh. 7, 42. Hebr. 2, 16. Mich. 5, 2. Ps. 132, 11.
3) Phil. 2, 7. 8. Ps. 22, 7. Es. 49, 3. 6. Sach. 3, 6.

§. 5.

Per hanc humanæ naturæ adsumtionem, ad unam & simplicem divinam naturam, voluntatem & operationem, duarum naturarum, voluntatis & operationis, in una tamen Persona, particeps est factus, ex quibus duabus perfectissimis naturis Jesus consistit, & est verus Deus & verus homo 1). Statuimus ergo duas generationes Filii Dei: alteram a Patre sine Matre ab æterno 2) alteram in tempore a Matre sine Patre factam 3). Quamquam ambæ generationes intellectum superent, earumque modus nobis sit incognitus.

1) 1. Tim. 3, 16. Matth. 16, 16. usf.
2) Prov. 8, 25. Ps. 2, 7. Ps. 19, 5. Ps. 110, 3. Mich 5, 2.
3) Act. 2, 30. Ps. 132, 11. Es. 7, 14. c. 9, 6. cap. 53, 8. Luc. 1, 42.

§. 6.

Illum itaque creatum 1) & non creatum 2) ex hoc mundo 3) & non ex hoc mundo 4) definitum & indefinitum 5), patientem & non patientem 6), sine Matre secundum divinam; sine Patre secundum humanam naturam esse, docemus 7): & prius quidem, ob incognitam ab æterno, a Patre principio carente, factam generationem 8): posterius autem propter mysterii plenam & intellectu difficilem humanæ naturæ a divina factam communicationem 9), qua, voluntarie nullo impellente, ad certum tempus, se propter hominum salutem, abdicavit 10); Quorum ob salutem quoque carnem adsumere atque in corpore hominibus visibilem se præbere, illum oportebat, ut nempe perditam istam inveniret Drachmam 11) ovemque perditam in rectam viam iterum reduceret 12), atque ut homo cum

1) Luc. 2, 7.
2) 1. Joh. 4, 18. Evang. 1, 18. Matth. 16, 16. Job. 28, 20. 21.
3) 4) Joh. 8, 23.
5) Exod. 33, 20. Es. 53 leg.
6) 1. Petr. 4, 1.
7) Hebr. 7, 3.
8) Es. 48, 16.
9) Rom. 11, 26. Jes. 42, 6. c. 49, 6. c. 59, 20. c. 61, 1. Joh. 3, 16. 17.
10) Phil. 2, 6. 7.
11) Luc. 15. leg. Amos 9, 11.
12) Hes. 34, 16. Matth. 15, 24. cap. 18, 11.

cum hominibus colloqui, eosque, ad pœnitentiam serio agendam, ac credendum, in unum, solum, verum triunum Deum adhortari posset 13). Ipso vero sanctissimam vitam peragente, optimum ejus imitandi exemplum dedit 14) admonuitque insuper homines, per infallibiles verissimasque suas conciones, pœnitentiam ut agerent, moremque gererent divinis suis mandatis 15). Ipse primus vixit pure, caste 16) & perfecte secundum voluntatem Patris sui cœlestis 17), præcepitque Apostolis, & per Apostolos omnibus, illam ut voluntatem sancte colerent ac servarent 18).

13) Act. 17, 30. Luc. 13, 3. 5.
14) 1. Petr. 2, 21. 1. Joh. 2, 6. 1. Thess. 4, 1. Col. 2, 6.
15) Matth. 4, 17. Joh. 14, 21.
16) 1 Joh. 3, 3. Es. 53, 9.
17) Joh. 4, 34.
18) Joh 15, 10. Col. 1, 28. 1. Thess. 4, 1. 1. Joh. 1, 1.


Τρεῖς οἱ μαρτ. Ἰω. ε' 7.
Tres illi testantes. Joh. 5. 7.
Ἐξ. κεφ. λ'.
Exod. 30.
Ἐπὶ τὸν ἅγιον τόπον.
Ad locum sanctum

doctrinæ, & miracula notam fecit, eamque divulgavit 3).

§. 2.

Per Spiritum quoque sanctum illuminavit & corroboravit Apostolos 1), qui ante & post resurrectionem, hanc de Christo doctrinam per totum orbem terrarum divulgarunt 2); quique testati sunt mysterii plenam ac insperatam hanc sine semine factam & incorruptam generationem Christi 3); imprimis autem legem Mosaicam 4) in ejus circumcisione esse expletam 5), nec minus vitam ipsius sanctissimam, ab omnibus peccatis liberam, perpetrataque ejus miracula 6) hominibus nota fecerunt.

§. 3.

Porro annuntiarunt Baptismum 1) Transformationem Christi 2) lavationem pedum 3) communicationem veri sui corporis ac sanguinis per distributionem panis & vini 4) falsum osculum per quod proditio a suo ipsius discipulo est facta 5) injustam Pilati sententiam 6), Sudorem 7), Fatigationem 8), crucifixionem & passionem 9), Sepulturam & resurrectionem tertio die 10) apparitionem adtactu dubitantis Thomæ 11), comestionem cum Discipulis suis post resurrectionem 12). Promissionem de gratuita missione Spiritus sancti 13), primam Sacerdotum ordinationem, per impositionem sanctissimarum manuum ipsius factam 14), donationem potestatis adversus Spiritus immundos 15), Sacerdotioque adnexam ligandi & solvendi virtutem, retinendique ac condonandi hominum peccata in hoc mundo 16), receptionem Christi a terra in cœlos 17) adventum secundæ ejus apparitionis ad judicium timendum

3) Joh. 1, 1. ult. Luc. 7, 14. cap. 10, 1. c. 4, 16. ult.
1) Act. 1, 8. cap. 2, 17 18. Es. 44, 3. Joel 2, 1.
2) Rom. 15, 19. Act. 4, 8. ult. Ps. 19, 5.
3) Joh. 1, 14. Luc. 24, 48. Act. 3, 15. c. 10, 39.
4) Matth. 5, 17. Rom. 10, 4.
5) Luc. 2, 21.
6) Hebr. 7, 26. Mat. 8, 27. c. 4, 23. c. 14, 22. c. 9, 33. c. 15, 31. c. 21, 20. Marc. 6, 51. Joh. 2, 11.
1) Matth. 3, 16.
2) Matth. 17. leg. Marc. 9. leg.
3) Joh. 13, 5. leg.
4) Matth. 26, 26.
5) Matth. 26, 49. Ps. 109. leg.
6) Ps. 2. leg. Matth. 27, 26.
7) Luc. 22, 44.
8) Joh. 4, 6.
9) Matth. 27, 35. Es. 53. leg. Ps. 22. leg.
10) Ps. 88. leg. Hos. 6, 2. Ps. 22. leg. Matth. 28, 6.
11) Joh. 20, 27.
12) Luc. 24, 43. Act. 10, 41.
13) Luc. 24, 49. Act. 1, 4.
14) Luc. 24, 50. Act. 10, 41.
15) Marc 6, 7.
16) Matt. 16, 19. c. 18, 18. Joh. 20, 23.
17) Luc. 24, 51.

mendum 18), juſtam ſententiam & retributionem ſecundum cujusvis opera 19), æternam & ineffabilem gloriam, & vitam in omne æternum duraturam 20).

18) Matth. 25, 31. Sach. 14, 5.
19) Eſ. 13, leg. Apoc. 20. leg. Matth. 16, 27. Apoc. 22, 12.
20) Apoc. 21, 23.

§. 4.

Tum ſuo teſtimonio corroborabant, hunc, quem annuntiabant, eſſe illum ipſum Chriſtum, qui Iſraelem erat redemturus 1), & de quo Patres noſtri, Patriarchæ & Prophetæ prædixerant 2), Omnesque in eum credentes & baptizatos, æternam in beatudinem, non credentes autem neque baptizatos, æternam in damnationem intraturos 3).

1) Eſ. 13. leg. Act. 9, 22. c. 17, 3 c. 3, 21. leg. Luc. 1, 68. cap. 24, 21.
2) Hebr. 1, 1. Devt. 18, 18.
3) Marc. 16, 16.

§. 5.

Quicunque igitur ab iſto tempore, adhuc, & usque ad interitum mundi, iſta audiverunt, audiunt, & audituri ſunt; crediderunt, credunt, & credituri ſunt; baptizati ſunt, baptizantur & baptizabuntur, quique ipſam vitam, omnis vitæ auctorem imitati ſunt, imitantur & imitabuntur: Illi etiam ſalvati ſunt, ſalvantur & ſalvabuntur. Qui vero ab iſto tempore, adhuc & usque ad interitum mundi non crediderunt, credunt, aut credituri ſunt, nec baptizati ſunt, baptizantur, aut baptizabuntur, ipſamque vitam omnis vitæ auctorem, non imitati ſunt, imitantur, aut imitabuntur; Iſti condemnati ſunt, condemnantur, & condemnabuntur: teſtante Scriptura a).

a) Act. 3, 23. Pſ. 7, 12. ult.

CAP.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0082
DFG



CAP. IX.

§. 1.

CRedimus, dictam hanc sanctam, Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, omnes in Christo fideles, & vere in Christo concordes, in se habere ac complecti, & eos quidem, qui adhuc in hoc commoratione existunt 1) & nondum per emigrationem ex hac vita, in veram & cœlestem patriam pervenerunt 2).

1) Rom. 15, 5. cap 12, 6. 2. Cor. 13, 11. Phil. 2, 2, 5. cap. 3, 15, 16.
2) Mich. 2, 10. Hebr. 13, 14. cap. 10, 34.

§. 2.

Et sic non confundimus Ecclesiam hujus commorationis, cum cœlesti, quæ est in vera patria; illa enim certat adhuc & pugnat, & in peregrinatione est 1), hæc vero ut victrix in cœlesti patria constituta, æterna fruitur beatitudine 2).

1) Eph. 6, 12. 2. Tim. 2. leg. Jac. 4, 7. 1. Petr. 5, 8. c. 1, 13. Job. 1, 7. Hebr. 12, 5. 4.
2) Hebr. 12, 23. Apoc. 2, 10. cap. 3, 21. c. 4, 4. c. 5, 9. c. 7, 9.

§. 3.

Hujus Ecclesiæ caput ac Præses, mortalis homo nulla ratione esse potest, sed ipse Dominus noster Jesus Christus 1), qui eam sanctissimo suo sanguine sibi acquisivit 2). Habet autem gubernatores, per quos ipse ut primus ac bonus Pastor 3) Ecclesiam dirigit ac administrat, & quidem primum eam gubernavit per Discipulos

1) Col. 1, 18. c. 2, 10. 1. Petr. 2 leg.
2) Act. 20, 28. Hebr. 13, 12. Eph. 5, 26.
3) Joh. 10, 12.

pulos ſuos a ſe ipſo eum in finem vocatos, deinde per ſanctos patres & Doctores 4), ex quibus, ex univerſo terrarum orbe Nicæam fuere congregati, ibique unanimi conſenſu 5) divinum & ſanctum Fidei noſtræ immotum Symbolum, ſeu confeſſionem compoſuerunt & quaſi in Synopſin redegerunt, illam fundamento Apoſtolorum ac Prophetarum ſuperſtruentes, exiſtente imo angulari lapide ipſo Jeſu Chriſto, in quo totum ædificium congruenter coagmentatum creſcit, ut ſit templum ſanctum Domino 6).

4) Act. 20, 28. Eph. 4, 11, 12.

5) 1. Cor. 1, 10. Phil. 2, 2. Gal. 5, 10.

6) Eſ. 28, 16. cap. 8, 14. Pſ. 118, 22. 1. Petr. 2, 6. 7. 1. Cor. 3, 11. Eph. 2, 20. 21.



CAP. X.

§. 1.

Credimus igitur unam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam, non vero talem, quæ Romæ, ſeu Conſtantinopoli, vel Alexandriæ, Antiochiæ, & Hieroſolymis, vel Londini vel Amſtelodami eſt, neque Gallica, neque Hiſpanica, aut alia, in cæteris partibus orbis terrarum pro tali a nobis habetur.

§. 2.

Neque in hanc dictam unam & ſanctam Eccleſiam

fiam ita credimus, ut in Deum, quod absit! sed hoc modo, quod nempe, totam illam doctrinam, quam a Christo Ecclesia accepit, & scriptoribus sacris a Deo divinitus inspiratam, & a qua, Ecclesia ut discedat, factu est impossibile, veram ac omnino infallibilem esse, firmiter ac indubitate credamus. a)

a) Rom. 16, 17. Col. 2, 6, 7. Jud. 3.

§. 3.

Sicuti igitur una modo & vera est doctrina, illiusque doctrinæ, unus modo Dominus, una fides, unus Baptismus 1), unaque secundum qualitatem corporis, communicatio Christi 2): ita etiam unica est Ecclesia sancta, Catholica, & Apostolica, sancta est, quia ortum habet & producta est a Spiritu sancto illam sanctificante, Apostolica, propter Apostolorum prædicationes.

1) Eph. 4, 5. 1. Cor. 8, 4. 6.
2) 1. Cor. 6, 15. cap. 12, 27. c. 1, 9. Eph. 1, 23. Col. 1, 24.

§. 4.

Hæc, ab isto tempore, usque hodie & ad finem mundi unanimi consensu, una sententia, eadem opinione, se dirigit, & diriget ad sermonem veritatis, incedit atque incedet semper ad Apostolorum sermones, quos vel ex Scriptura, vel per Traditionis sermonem edocti, uti ab initio accepit, retinet & amplectitur a).

a) 1. Thess. 2, 15. cap. 3, 6.

§. 5.

Sanctificationem habet a Spiritu sancto, & est corpus perfectum & integrum, multis ex membris constans. b)

b) Rom. 12, 4. 5.

§. 6.

Hæc Ecclesia, ut vera, sincera & pura sponsa mystici sui sponsi 1), ornata & abluta est pura aqua Baptismi 2) obsignata Sanctificatione Spiritus sancti 3), & regio arrhabone veri sui corporis & sanguinis, mystice & arcano omnemque rationem longe superante modo, sponso adjuncta ac desponsata, ita ut cum illo

1) Apoc. 21, 2. 9, 10. Ezech. 16, 8.
2) Tit. 3, 5. Hebr. 10, 22. Ezech. 16, 9.
3) Es. 49, 18. Apoc. 19, 7. 8. 9. Hos. 2, 19. leg. Cant. 3, 11.

arctissimam habeat communionem. In eo lapidum adamantinorum vicem subeunt mandata Domini a Deo edocta & data Discipulis suis 4).

4) Joh. 13, 34. 2. Joh. 4. 1. Cor. 14, 37.

§. 7.

Hujus Ecclesiæ imaginem sive typum Sancti Patriarchæ ante expressam habebant 1) ab inspiratis Prophetis prædictam 2), quæ Apostolorum a Deo electorum fundamentis, postea superstructa, Hierarchis sanctis adornata, sanguine purpureo Martyrum tincta 3). Lachrymis Christi 4). Eremitarum & Virginum dealbata 5), Reliquiis sanctorum instructa, choro & cohorte sanctorum circummunita; fide confirmata, in spe perseverat, in amore operatur 6), gratia Spiritus sancti tegitur, & obvelata virtute solius & triuni omnipotentis, principioque carentis Dei custoditur 7).

1) 1. Petr. 3, 20. 21. 2) Hebr. 1, 1. Num. 12, 6. 7. 3) Hebr. 11, 33. 38. 4) Joh. 11, 35. Hebr. 5, 7. 5) Act 20, 19. 6) 1 Cor. 13, 13. 2. Cor. 10, 15. Col. 1, 23. Rom. 8, 25. Hebr. 11, 1. Gal. 5, 6. 7) Es. 51, 16. 1. Petr. 1, 5.

§. 8.

Hæc apud nos creditur & habetur una sancta, Catholica & Apostolica Ecclesia, cujus totius ex multis membris compositi corporis caput primarium ac unicum est Christus 1), qui suum verum corpus & sanguinem nobiscum communicat 2), & nihil ardentius cupit, quam, ut etiam secundum quantitatem unum cum ipso fiamus corpus 3), qui & in Spiritu sancto alios constituit Episcopos & Presbyteros, alios Sacerdotes & Diaconos, alios concinonatores & Pastores 4). Ex his Præsides & Præpositos Ecclesiarum particularium, electione canonica seu legitima facta, ut primarios ministros Christi, & dispensatores mysteriorum ejus constituit Spiritus sanctus 5). Quapropter hi in Ecclesiis particularibus, primarii, mediate tamen electi, Archierarchæ sunt, & κατ' ἐξοχὴν capita vocantur, locumque tenent Apostolorum, & primaria Membra sunt Ecclesiæ 6).

1) Eph. 1, 21. Col. 1, 18. cap. 2, 10. 2) Eph. 5, 29. 30. 3) Col. 2, 19. Eph. 4, 15 16. 4) Eph. 4, 11. 1. Cor 4, 1. 2. Cor. 6, 4. 5) Hebr. 13, 17. Act. 13, 23. cap. 20, 28. 2. Tim. 1, 12. cap. 3, 1. 6) Rom. 12, 7. 1. Tim. 5, 17. Matth. 5, 13. Hebr. 13, 7. 17.

CAP.

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1853642843/phys_0086 DFG



CAP. XI.

§. 1.

CRedimus, hunc Filium a dextera Throni magnificentiæ Dei Patris 1) sua sponte ac voluntarie nostram ob salutem cœlitus 2) ex sinu Patris, inseparabiliter tamen, venisse; eumque modo omnem humanæ rationis captum longe plurimum superante, ex Spiritu sancto, & Maria semper virgine 3), conceptum, ac non interveniente semine, sine corruptione omnisque peccati immunem, esse natum 4) eundemque esse a justo Josepho, quod ei non alius in diversorio erat locus, in præsepi reclinatum 5), collaudatum ac glorificatum ab Angelis ac Pastoribus 6), ab hominibus cum admiratione acceptum 7), Magis Regibus per stellam indicatum 8), ab iisdemque adoratum 9), persecutione ab Herode adflictum, ideoque a Parentibus suis ductum in Ægyptum 10) a justo Simeone in ulnas acceptum 11), octavo die circumcisum 12), quæsitum Hierosolymis a parentibus suis, & inventum, & propter sapientiam ac prudentiam, duodecimo ætatis anno, a populo admirante, magni æstimatum 13), Cana

1) Luc. 22, 69. Act. 7, 55. Dan. 7, 9. Marc. 16, 19.
2) Joh. 6, 50. 51.
3) Matth. 1, 16. 25.
4) Matth. 1, 20.
5) Luc. 2, 7.
6) Luc 2, 13. 14.
7) Luc. 2, 18.
8) Matth. 2, 9. Num. 24, 17.
9) Matth. 2, 11. Pſ. 72, 10. Eſ. 60, 10.
10) Matth. 2, 14.
11) Luc. 2, 28.
12) Luc. 2, 21.
13) Luc. 2, 47.

næ in Galilæa, nuptiis honeſte celebratis interfuiſſe, ibique primum edidiſſe miraculum 14), in Jordane baptizatum 15), manibus a Johanne demonſtratum 16) a Patre ſuo cœleſti in Pontificem ordinatum 17), teſtimonio Spiritus ſancti prædicatum 18). Pullo aſini inſedentem, Hierolymam ingreſſum 19) innocentium puerorum Hymno celebratum 20) ſeipſum perquam valde humiliaſſe 21) Apoſtolorum pedes laviſſe 22) iisdemque verum corpus ſuum & ſanguinem comedendum ac bibendum, diſtribuiſſe 23), a Juda proditum ac venditum, ab eodemque oſculatum 25) a militibus, gladiis haſtisque armatis, captum 26), a Pontificibus ac Phariſæis inique oppreſſum, ac injuſte examinatum 27), purpureo indutum, & ab audace ſervo colapho adflictum, coronaque ex ſpinis contexta, coronatum 28), a falſis teſtibus accuſatum, a Pilato injuſte damnatum, flagellatum, crudeliterque verberatum, 29), in abjectiſſima forma 30) ſudore ſuperfuſum, per pretioſam Hieroſolymitanam portam, ad ſupplicium ductum 31), ligno ex ſecrato adfixum 32), in medio latronum ſuſpenſum 33) a centurione creditum & agnitum 34), ab infideli milite per latus lancea percuſſum 35), arundine verberatum 36), bilem ac acetum potandum adeptum 37), ab ingrato populo deriſum 38), a Joſepho pio, illo fidenti animo ad Pilatum intrante, corpusque Chriſti petente, illoque gratis accepto, in novo ejus monumento ſepultum 39) ibique corpore incluſum, cum

14) Joh. 2, 1. 11.
15) Matth. 3, 16.
16) Joh. 1, 36.
17) Hebr. 5, 5. 10.
18) 1. Joh. 5, 6-9.
19) Sach. 9, 9. Marc. 11, 2. ult.
20) Pſ. 8, 3. Matth. 21, 16.
21) Phil. 2, 8.
22) Joh. 13, 5-14.
23) Matth. 26, 26.
24) Luc. 22, 48. Matth. 26, 15. Pſ. 10, 8. Pſ. 109. leg. Sach. 11, 12.
25) Luc. 22, 48.
26) Marc. 14, 48. Matth. 26, 47. ult.
27) Pſ. 2, 1. ult. Matth. 26, 57. ult.
28) Matt. 27, 28. Eſ. 63, 1. Joh. 18, 22. Eſ. 50, 6. 7. Jo 19, 2.
29) Marc. 14, 65. Matt. 27, 26. Iob. 16, 8. Marc. 15, 15.
30) Eſ. 53, 2. ult.
31) Mich. 2, 13.
32) Devt. 21, 23. Gal. 3, 13.
33) Eſ. 53, 12. Matth. 27, 38. Pſ. 22. leg.
34) Marc. 15, 39. Matth. 27, 54. Luc. 23, 47.
35) Joh. 19, 34.
36) Marc. 15, 19.
37) Pſ. 69, 21. Joh. 19, 29. 30.
38) Luc. 23, 35. Pſ. 109. leg.
39) Pſ. 88. leg. Marc. 15, 43.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0088
DFG

cum sanctissima sua anima ad Inferos descendisse 40), ibique cum venisset, sepulchrum inferne esse commotum ad occurrendum ipsi, omnesque reges gentium e soliis suis surrexisse 41) a militibus in sepulchro custoditum 42), tertio die excitatum 43), Apostolis suis apparuisse 44) a Thoma visum, atque tactu cognitum 45) in cœlos sublatum 46), & ad dexteram Patris sedentem 47, a Deo in summum ac sanctum Pontificem constitutum 48), ab omni malo alienum, sine labe, separatum a peccatoribus, cui non est quotidie necesse, quemadmodum Pontificibus mundi, prius pro peccatis propriis victimas offerre, deinde pro peccatis populi. Hoc enim fecit semel, quum semet ipsum obtulit 49) pro mundi peccatis 50), nobisque conciliavit pacem & in cœlo & in terra 51), Deumque nobis reconciliante, proprium suum effudit sanguinem 52).

40) Rom. 10, 7. Eph. 4, 8. 9 Ps. 63, 19. Es. 45, 23 c. 14, 9.
41) Es. 14, 9.
42) Matth. 27, 36. cap. 28, 15.
43) Hos. 6, 2. Ps. 16, 10. Act. 2, 31.
44) Marc. 16, 11. Luc. 24. leg. 1. Cor. 15, 5. 8.
45) Joh. 20, 27.
46) 47) Hebr. 4, 14. cap. 7, 26. Col. 3, 1. Eph. 1, 20. Ps. 110, 1.
48) Hebr. 5, 5. 6. 10.
49) Hebr. 7, 27. cap. 10, 12. 14.
50) Rom. 5, 8. 1. Petr. 3, 18.
51) Col. 1, 20.
52) Es. 9, 5. 6. 2. Cor. 5, 18. 19. Hebr. 9, 7. 12. Rom. 5, 11. 10.

§. 2.

Hunc unicum & solum immediatum credimus, prædicamus & confitemur, nostrum factum fuisse & esse Mediatorem 1), & hunc solum habemus curatorem, Advocatum & interpellantem pro peccatis nostris, non vero pro nostris solum, sed etiam pro totius mundi 2) maxime autem fidelium 3).

1) 1. Tim. 2, 5. Gal. 3, 19. Joh. 17, 3. Rom. 3, 30. cap. 10, 12.
2) 1. Joh. 2, 2. 12. Evang 17, 9. Rom. 3, 25. cap. 8, 34. Ps. 130, 4. 7.
3) 1. Tim. 4, 10.

§. 3.

Hic, qui perpetuo Throno magnificentiæ Dei est præsens 1), victimam & sacrificium sese offerendo, conciliat nos & intercedit pro nobis immediate per sui ipsi-

1) Hebr. 1, 3. cap. 10, 14.

us virtutem ac justitiam 2) & ob flagrantissimum ac summum in homines amorem ac misericordiam, nos omnes (qui plane indigni sumus, membra ipsius vocari) amplectitur 3), purgat nos, nostraque remittit peccata.

2) Hebr. 9. leg. cap. 10, 12. c. 7, 25. 2. Cor. 5, 18. Col. 1, 20. Apoc. 13, 8. 1. Joh. 1, 2.
3) Joh. 1, 27. 1. Cor. 15, 9. 2. Cor. 3, 5.

§. 4.

Divina & præcipua Domini & Servatoris nostri Jesu Christi ad suum cœlestem patrem non solum pro Apostolis, sed etiam pro omnibus illis, qui auditis eorum prædicationibus in eum crediturі erant, facta intercessio est, dum precatur, dicens: Oro, Pater, ut sint omnes unum, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & illi in nobis unum sint; ut credat mundus, quod tu me miseris. Ego gloriam, quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in unum, & ut cognoscat mundus, me a te missum esse, & eos a te diligi, prout me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, velim, ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut spectent gloriam istam meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante jactum mundi fundamentum. Pater juste, mundus te non novit, ego autem te novi, & hi noverunt, me a te missum esse. Et notum feci ipsis nomen tuum, & notum faciam: ut charitas, qua dilexisti me, sit in eis, & ego in eis. a)

a) Joh. 17. leg.

§. 5.

Hæc inquam est illa magna ac excellens Servatoris nostri pro nobis apud Deum cœlestem suam Patrem, intercessio: ut nos quoque credentes cum ipso simus, ubi ille est futurus, ut gloriam ipsius intueamur; nosque ut diligat, quemadmodum a Patre est dilectus. Quemadmodum dedit illi Pater, ita quoque ille dat nobis

bis gloriam eam, faciendo nos omnes unum; ne simus ulterius multi, sed unum omnes, communionemque habeamus divinæ gloriæ ipsius, non per unionem cum sua substantia, sed per efficacissimam illius operationem, per quam perfecti ac digni gloria ejus efficimur. Ita enim docuit ipse, inquiens: Quodsi simus certe consummati per eum ad modum Sapientiæ, Prudentiæ, Justitiæ, Pietatis, Virtutis, & in omnibus perfecti reperiamur, tunc lumini divinitatis paternæ, nunquam exstinguendo, unimur, & ita lumen per nostram cum illo unionem, facti, Filii Dei simus per participationem unigeniti ipsius Filii, radios splendoris & gloriæ suæ nobis communicantis.



CAP. XII.

§. 1.

CRedimus in catholica, sancta Ecclesia esse omnes ac solos fideles, qui eadem omnes unanimiter confitentes, vere credunt, & fidem ac doctrinam Domini nostri ac Salvatoris Jesu Christi, sicuti a tempore ipsius eam acceperunt, immaculatam sine ulla hæsitatione pio animo adhuc profitentur,

tentur, & ad finem mundi usque confessuri sunt, eamque ut fallere nesciam observant.

§. 2.

Ecclesia hæc, usque dum hac in Patria commoratur, edocetur a Spiritu sancto, quippe qui est verus consolator, quem mittit Christus a Patre, ad docendam veritatem, & tenebrarum caligines ab intellectu fidelium dispellendas. Illam autem doctrinam non mediate a Spiritu sancto, sed ab ministris ac sacris præconibus, & primariis Ecclesiæ membris docebatur & docetur, & illustrat, illuminatque Ecclesiam. a)

a) Act. 1, 16. cap. 3, 18. Hebr. 1, 1. cap. 13, 7. 2. Petr. 1, 21. 1. Cor. 2, 13. 2. Cor. 5, 20. Matth. 10, 20.

§. 3.

Tota enim Sacra Scriptura divinitus est inspirata 1) & dicitur Sermo Spiritus sancti, non quod immediate ab ipso annunciata vel in concione dicta unquam sit, sed quia divino ipsius instinctu olim per Prophetas conscripta 2), per Apostolos prædicata 3), & per sanctos Patres aliosque pios Viros concionata, ac fortiter ore & opere defensa, firmata est.

1) 2. Tim. 3, 16.

2) 2. Petr. 1, 21.

3) Marc. 16, 15. Rom. 1, 15. 16.

§. 4.

Proinde, uti tunc temporis, ita & adhuc & usque ad mundi interitum, hæc doctrina in Ecclesia prædicatur & prædicabitur ab ipso Spiritu sancto Principe vitæ, & Doctore; attamen mediate per sacros Præcones, Doctores, Pastores, sanctos & sapientes viros pios & orthodoxos, veritati explicandæ aptos.

§. 5.

Uti enim sancti illi Patres & omnes alii, qui operibus ac sermonibus Ecclesiam Dei ante nos illustrarunt, & adhuc adornant, sacro-sanctas litteras a Deo inspiratas & a Spiritu sancto edoctas, canonem & indicem habuerunt, ita & nos illas, ut fontem nunquam exhau-

exhauriendum, ex quo omnis salutaris & divina fidelium nostrorum doctrina scaturit, habemus.



CAP. XIII.

§. 1.

CRedimus has solas esse sacras literas, quæ confirmationem habent a Spiritu sancto, & canonicæ ac Avthenticæ sunt, quæque a Synodis sanctorum Patrum reliquisque Doctoribus acceptæ sunt. Triginta autem & tres libri sunt canonici, vitam Christi comprehendentes; & quidem ex veteri Testamento viginti duo suntque sequentes:

Hi quinque libri sunt Moysis Deum contemplati.
1. Genesis.
2. Exodus.
3. Leviticus.
4. Numeri.
5. Devteronomium.

Libri:
6. Josuæ, Filii Nun.
7. Judicum.
8. Ruth.
9. Quatuor Libri Regum.

10. Duo Paralipomenon.
11. Esdræ.
12. Nehemiæ.
13. Estheræ.
14. Iobi.
15. Psalmorum.
16. Proverbia Salomonis.
17. Ecclesiastes ejusdem.
18. Canticum Canticorum Salomonis.

Hi sunt quatuor magni Prophetæ.
19. Esaias.
20. Jeremias.
21. Hesekiel.
22. Daniel.

Hi duodecim sunt Prophetæ minores. Omnes vero Prophetæ modo pro uno libro computantur.
23. Joel.
24. Amos.
25. Obadias.
26. Jonas.
27. Micha.
28. Nahum.
29. Habackuk.
30. Zephanias.
31. Oseas.
32. Hagæus.
33. Zacharias.
34. Maleachi.

Libri ex novo testamento, numero undecim inveniuntur.

1. Evangelium Matthæi.
2. - - Marci.
3. - - Lucæ.
4. - - Johannis.

5. Acta

5. Acta Apostolorum.
6. Omnes quatuordecim Epistolæ Pauli loco unius sumtæ.
7. Duæ Epistolæ Petri pro una.
8. Tres Johannis Epistolæ, itidem.
9. Epistola Jacobi.
10. Epistola Judæ.
11. Apocalypsis Johannis.

Hos triginta & tres libros canonicos & avthenticos, Spiritus sancti instinctu scriptos, vocamus nos Biblia. Et quanquam nonnulli de posteriori Petri epistola, secunda & tertia Johannis, nec non ejusdem Apocalypsi disputant, nos tamen ideo, ut ab omni disputatione alieni, iis dicam impingere nolumus.

Cæteros quidem Libros, ut Tobiam, Judith, Sapientiam Salomonis, Sapientiam Jesu Syrach, Baruch, & libros Maccabæorum, non penitus rejiciendos esse putamus, quippe qui plurimas res pias & laude dignas continent; attamen eos canonicos atque avthenticos esse, nequaquam Ecclesia concessit, nec unquam a Patribus pro talibus sunt habiti, quod sanctus Theologus Gregorius, sanctus Amphilochius & Damascenus testantur. Quare neque ex iis dogmata fidei nostræ colligenda aut stabilienda sunt, sed ex solis istis triginta tribus libris, instinctu Spiritus sancti scriptis, qui typice vitam Christi, usque ad ejus adscensionem nobis explicant. Si quis vero ex iis demonstrationis & testationis gratia, dicta quædam adducat, non omnino improbamus, sed ut ecclesiastica concedimus, quare & nos eos ecclesiasticos libros vocamus.

CAP.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0095
DFG



CAP. XIV.

§. 1.

Credimus hunc sublatum Deum & hominem Jesum Christum cum eodem corpore ut ignem & cum curru, quasi turbinem 1), in altera sua apparitione, in puncto temporis & momento 2) cum potentia & gloria multa Angelorum 3), sicut Regem & Dominum omnium rediturum, & in Urbe Hierosolyma, in Domo Davidis 4) de Throno Majestatis suæ cum viginti quatuor senioribus 5) duodecim scil. Patriarchis, & duodecim Discipulis 6), duodecim tribus Israelis omnemque gentem humanam judicaturum 7), neque ut mediatorem, sed ut justum & timendum judicem venturum 8): quippe cui Pater mundi judicandi potestatem dedit 9): ac remuneratorem 10).

1) Es. 66, 15.

2) 1. Cor. 15, 52.
3) Matth. 24, 27. 30. Apoc. 1, 7.

4) Ps. 122, 5.

5) Matth. 19, 28.

6) Apoc. 4, 4. 10. cap. 21, 12. 14.

7) Ps. 9, 7. Matth. 19, 28.

8) Ps. 94, 1. Ps. 75. leg. Ps. 95, 3. Ps. 96, 13.

9) Joh. 5, 27.

10) Apoc. 2, 23.

§. 2.

Et sicut cœlum & terra tunc peritura sunt, & cœlum novum, terramque novam exspectamus 1), cum dies domini ut fur in nocte venerit 2), quo cœli stridore præteribunt, elementa vero æstuantia solventur,

1) Ps. 102, 27. Es. 66, 22. cap. 57, 6.
2) Luc. 21, 35. 36.

tur, terraque, & quæ in ea ſunt opera, exurentur 3); ita etiam illi iſto die viventes non obdormient, ſed mutabuntur 4) ut omnes, (exceptis diabolis) ſimul cum mortuis rapiemur in nubes, in occurſum Domini in aera 5): ubi omnia eorum opera 6) coram tremendo illo judicio 7) in conſpectu omnium Angelorum ac ſanctorum 8) manifeſtabuntur, fidelesque qui bona peregerunt intrabunt in vitam æternam, qui autem mala perpetrarunt, Judicio & condemnationi tradentur 9): neque enim exſurgent improbi in illo judicio, aut peccatores in cœtu juſtorum 10).

3) 2. Petr. 3, 10. Hebr. 1, 11.
4) 1 Cor. 15, 51. 52.
5) 1. Theſſ. 4, 15. 16. 17.
6) Rom. 2, 6. ult. 2. Cor. 5, 10.
7) Dan. 7, 13. 14. Rom. 14, 10.
8) Marc. 8, 38. Luc. 12, 8. Sach. 14, 5.
9) Dan. 12, 2. Joh. 5, 29.
10) Pſ. 1, 5. Pſ. 69, 28. 29. Pſ. 37, 20. Eſ. 26, 10.

§. 3.

Tunc ille, qui jam eſt mediator, exactiſſimam exiget rationem de juſto ſuo pro nobis effuſo ſanguine, & magno eum adficiet ſupplicio, qui Filium Dei pedibus conculcavit, & ſanguinem novi Teſtamenti, in quo ſanctificatus eſt, omnibus communem ac ſalutarem, ut rem profanam ſprevit, nec ſibi adtribuit 1), ſed pro contumelia habuit Spiritum gratiæ, non perpendens dictum illud, quod per Paulum Spiritus ſanctus elocutus eſt: Horrendum eſt cadere in manus Dei viventis 2). Intimas enim cogitationes ipſe disquiret, & adtribuet unicuique mercedem ſuam, ſecundum ſuum laborem 3) & ſeparabit eos, uti Paſtor oves ab hædis 4). Fidelibus, qui obſecuti ſunt mandatis ejus, quique ad dexteram ipſius erunt, dicet: Venite benedicti Patris mei, poſſidete regnum vobis paratum ab exordio mundi 5). Nam pauperes fuiſtis, luxiſtis, mites fuiſtis, eſuriviſtis ac ſitiviſtis, miſericordes, mundi ac corde pacifici, perſecutione & contumelia affecti fuiſtis mei cauſa 6). Eſurivi, & dediſtis mihi quo veſcerer: ſitivi, & dediſtis mihi potum, hoſpes eram, & col-

1) Hebr. 10, 29. ult. Rom. 12, 19.
2) Hebr. 10, 31.
3) 1. Cor. 3, 8. Apoc. 2, 23. cap. 22, 12. Pſ. 62, 13. Jer. 17, 10. cap. 32, 19.
4) Matth. 25, 31. ult.
5) Matth. 25, 34.
6) Matth. 5, 3. cap. 25, 35. Luc. 6, 20. leg.

legistis me: nudus, & amicivistis me: ægrotavi, & invisistis me: in carcere eram & venistis ad me: Tunc respondebunt ei justi, dicentes: Domine, quando Te vidimus esurientem & aluimus? aut sitientem, & dedimus tibi potum? quando Te vidimus hospitem, & collegimus Te? aut nudum, & amicivimus? aut quando vidimus Te ægrotum, aut in carcere & venimus ad Te? Et respondens Rex dicet eis: Amen dico vobis, quodcunque feciſtis uni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Istis vero, qui non obediverunt, sed exercuerunt iniquitatem, neglexerunt bona opera, quæ oriuntur ex fide, rejecerunt mandata ac admonitiones Dei, & ipsi ad sinistram erunt, dicet: Discedite a me maledicti, qui timidi, increduli, execrabiles, homicidæ, adulteri, scortatores 7), immundi, petulantes, venefici, inimici, contentiosi, æmulatores, iracundi, rixatores, dissensiones excitantes, Sectarii, invidiosi, ebriosi, commessatores 8), molles, masculorum concubitores, fures, avari, rapaces 9), aliena docentes, attenti spiritibus deceptoribus, fabulis ac inutilibus quæstionibus, verbis pugnantes 10), blasphemi, suspiciosi, hæsitantes, malorum studiosi fuistis, quique habuistis mentem corruptam, & privati estis veritate, quæstui habentes pietatem 11), mendaces estis, & per vos pro contumelia habitum est nomen meum 12), & sanguinem meum inutilem æstimavistis 13); in ignem æternum, qui præparatus est Diabolo & Angelis ejus & servientibus ei: Nam esurivi, & non dedistis mihi, quo vescerer: sitivi, & non dedistis mihi potum: Hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non amicivistis me, ægrotus & incarcere eram, & non invisistis me. Tunc ipsi quoque respondebunt ei, dicentes: Domine, quando Te vidimus esurientem, aut sitientem,

7) Apoc. 21, 8.

8) Gal. 5, 19.

9) 1. Cor. 6, 9. 10.

10) 1. Tim. 1, 4. cap. 4, 1.

11) 1. Tim. 6, 3. ult. Prov. 15. leg.

12) Rom. 2, 4. 2. Sam. 12, 14. Es. 52, 5. Ezech. 36, 20. 23.

13) Hebr. 10, 29.

tem, aut hospitem, aut nudum, aut ægrotum, aut in carcere, & non ministravimus Tibi? Tunc respondebit eis, dicens: Amen dico vobis, quatenus id non feciſtis uni ex istis minimis, nec mihi feciſtis 14), Carnem enim sequentes in cupiditate pollutionis ambulastis 15) ediſtis ac bibiſtis, epulati estis super terram, in luxuria vixiſtis, lascivi fuiſtis, nutriviſtis corda vestra quasi in die mactationis; injuste occidiſtis justum, & non restitit vobis 16), & ibunt isti in æternam damnationem, in ignem scil. gehennæ, ubi eorum vermis conscientiæ non morietur, & dentium stridor non cessabit & ignis eorum non exstinguetur 17), ibique cum Diabolo perpetuo cruciabuntur; infernus enim durat in æternum, & est in infima parte Terræ 18).

Justi autem ut victores intrabunt in Regnum cœlorum 19). Dominus enim dicit: qui vicerit, possidebit omnia, & ero illi Deus, & ipse erit mihi Filius 20). Ibique unicuique statio secundum sua opera in cœlestibus mansionibus dabitur 21), & in omne æternum verum lumen 22) Deum scilicet de facie ad faciem videbunt, cujus & nomen eorum frontibus erit adscriptum 23), nunquam satiabuntur spectando gloriam ejus 24), & erunt omnes incorruptibiles 25), immortales, leves, splendentes 26), ut sanctiſſimum corpus Christi 27), amicti stolis albis & Palmas habentes in manibus 28), videbunt & audient quæ oculus non vidit, & auris non audivit, nec in mentem hominis venerunt 29), coronati justitiæ corona incedent 30) & tunc ibi erit unus Angelorum & hominum grex, & una sancta sempiterna Ecclesia, nec non unus Pastor illis visibilis 31). Hac in Ecclesia celebrabunt & glorificabunt novo cantico, in omnem æternitatem, unicam, inseparabilem ac infinitam Dei triunius divinitatem ac essentiam; omnes

14) Matt. 25, 31. ult
15) 2. Petr. 2, 10. Jud. 4. ult.
16) Job. 21, 13. ult. Prov. 1, 23. leg. Jacob. 5. leg.
17) Marc. 9, 44. Es. 26, 20. ult. cap. 66, 24. Devt. 13, 16.
18) Hos. 13, 14. Es. 14, 9. Ps. 139, 8.
19) Dan. 12, 3.
20) Apoc. 21, 7. cap. 2, 7. 26. c. 3, 5. Sach. 8, 8.
21) Joh. 14, 12. 1. Cor. 15, 41. Es. 56, 5.
22) Apoc. 21, 23. Es. 60, 19.
23) Apoc. 22, 4. Es. 60, 20. ult.
24) Joh. 17, 24. Ps. 17, 15.
25) 1. Cor. 15, 42. ult.
26) Sap. 3, 7. Matth. 13, 43. 1. Cor. 15, 41.
27) Es. 56, 5. Ps. 16, 11. 1. Joh. 3, 2.
28) Apoc. 3, 5. c. 7, 9.
29) 1. Cor. 2, 9. Es. 64, 4.
30) 2. Tim. 4, 8. 1. Petr. 5, 4.
31) Ezech. 37, 23, 24 cap. 34, 22. Joh. 10. leg. Es. 40, 11.

gaudebunt, lætitiaque omnino exſultabunt 32); Merces enim omnium erit in cœlis innumerabilis & ineffabilis 33), quæ omnino & mihi contingant, Deus largiatur! Amen!

32) Apoc. 14, 3. cap. 5, 9. Pſ. 149, 1. 9.
33) Matth. 5, 12. Pſ. 37, 11. 18.



CAP. XV.

§. 1.

CRedimus, omnem hominem, ob peccatum originale, a primo noſtro Parente Adamo, cui nos omnes originem debemus 1), nobis contractum, Deo eſſe inimicum 2), neque hoc peccato obſiſtente, propriis viribus ſe Deo conciliare, aut aliorum peccatorum immunem ſe reddere, multo minus ſibimet ipſi ſalutem adquirere, aut peccatorum remiſſionem impetrare potuiſſe 3). Nimis enim longe a Deo homo ſe removerat 4) & per inobedientiam ab ipſo ſe alienaverat 5); Quam ob rem Deus curam ejus gerens, purificavit eum ſibi, ex propria ſua voluntate, per ſanguinem Filii ſui 6), Agni ſcil. qui mactatus eſt ab origine mundi 7), ac ab æterno & in tempore natus eſt; & quidem gratia Spiritus ſancti, gratuito, & prius, quam homo opus quoddam juſtificationis feciſſet aut operatus

1) Gen. 2, 22.
2) Rom. 5, 10. 11. 12. c. 8, 7. c. 2, leg. Gen. 3, 15. 24.
3) Pſ. 49, 8. 9.
4) Eſ. 57, 19. Eph. 2, 13. 14.
5) Rom. 5, 19.
6) Rom. 3, 25. c. 5, 9. 2. Cor. 5, 18. 19. Eph. 1, 7. c. 2, 13. Col. 1, 13. 14.
7) Apoc. 13, 8.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0100
DFG

operatus esset, ex sola misericordia, & ardentissimo in nos amore 8) voluntarie hominem lavavit in lavacro baptismatis filii sui 9), in quo sepelivit omnem amaritudinem impuram peccati, alias insanabilem 10) ipsarsitque eum sanguine Filii sui 11), atque purum reddidit a primi Patris peccato; deleto insuper chirographo, qui adversus erat 12) & peccato quoque proæretico ac voluntario pravæ cupiditatis & inimicitiæ, regenuit, renovavit & gratis 13) in gratiam iterum recepit 14); & justificando eum, peccataque remittendo, suscitavit totum, hominem novum, purum, a peccatis immunem & immortalem, quoad animam sibi similem, sine ulla macula 15) ut esset sanum membrum corporis 16), cujus caput Christus est; ut ab isto capite gubernetur, ad omnia bona opera Deo placentia 17,) utque evadat vir perfectus ad mensuram plenæ staturæ Christi 18) Et hoc ideo, ut appareat, homines, hæc gratuita sibi oblata dona non mereri operibus, operibus enim legis nulla justificatur caro 19); sed ut permaneat propositum Dei: secundum electionem, non ex operibus, sed ex misericordia 20).

8) Eph. 1. leg. cap. 2, 4. 1. Petr. 1, 3.
9) Ezech. 36, 25. Eph. 5, 26. Tit. 3, 5. Hebr. 10, 22. Apoc. 1, 5.
10) Rom. 6, 4. Col. 2, 12.
11) Hebr. 9, 4. c. 10, 22. c. 12, 24. 1. Petr. 1, 2.
12) Col. 2, 14. Ezech. 36, 25.
13) 14) Eph. 2, 5. 8. Tit. 3, 5. Rom. 3, 24. 1. Petr. 1, 18. 19.
15) Ezech. 37, 23. Col. 1, 20. 22.
16) 1. Cor. 6, 15. Eph. 5, 30.
17) Eph. 5, 10. Rom. 12, 1. ult.
18) Eph. 4, 13.
19) Ps. 143, 2. Rom. 3, 20. Gal. 2, 16.
20) Rom. 8, 28. cap. 9, 11.

§. 2.

Ex parte igitur Dei, omnis quidem homo, per sanguinem Filii sui, semper gratuito est redemtus, ipsique reconciliatus, remissionemque peccatorum accepit 1): ex parte vero hominis non omnes e manibus Diaboli sunt erepti, Deoque conciliati, & peccatorum remissionem sunt adepti, sed tantummodo illi soli, qui ut impii existentes olim, nunc, ac ad finem usque, sive per ipsum primum Doctorem Christum, sive per Apostolos, sive per sacros Præcones, Doctores & pios viros, vel per prædicationem & lectionem, vel per auditio-

1) 2. Petr. 2, 1. 1. Cor. 6, 20. cap. 7, 23.

nem sermonis traditi, vel alio modo divini evangelii adnuntiationem veram viam demonstrantem audiverunt, & in conscientiis suis pulsantem atque operantem gratiam Dei vocantis senserunt 2) & animo rite perpenderunt miserias pernicioſæ fidei suæ idololatricæ, atque fidem externæ legis circumcisionis, ut inutilem ac insufficientem judicarunt 3), & agnoscunt, hunc, qui prædicatur, esse illum verum, qui a Prophetis olim prædictus erat, Filium Dei, qui venit in mundum, vocare & salvare peccatores, & hominum peccata delere; quique factus est ex duabus perfectis naturis in una perfecta Persona, perfectus Deus & homo Jesus Christus; ii, qui voluerunt justificari, conciliari, remissionemque peccatorum obtinere, & decreverunt a prima ista fraudulenta & contaminata vita penitus desistere, eamque relinquentes seriam pœnitentiam egerunt, & confessi sunt peccata sua ex toto animo & corde: Ii, qui in maxima spe flagrantique amore perfectam habuere in fide Christi substantiam firmam ac indubitatam, eorum quæ futura sunt 4), & crediderunt puro corde, & conscientia non fucata ore confessi sunt Christum, quod ipse Christus sit Filius Dei, & Deus verus, Deus & Homo Jesus, qui tulit peccata mundi in corpore suo ad crucem 5), quod sit vita, & vera via 6) & lumen mundi, lumine suo illustrans & illuminans omnem hominem, venientem in mundum 7); & quod sit immediatus per propriam suam virtutem, mediator inter Deum & hominem 8); Ii, qui in eum crediderunt, eumque qui secuti sunt, ut acciperent ab ipso peccatorum remissionem & vitam æternam: Ii, qui permagni existimarunt indigentia omnium rernm laborare 9), ac solum Christum sequi, & cum ipso vivere, secundum scil. normam vitæ ejus, & cum illo in amore ejus, &

per

2) Es. 30, 18. Rom. 2, 4.

3) 1. Cor. 7, 19. Gal. 5, 6. Matth. 12, 50.

4) Hebr. 3, 14. cap. 11, 1. Rom. 8, 17, 24. 25.

5) Es. 53, 4. leg. Joh. 1, 29. Act. 8, 32.

6) Joh. 14, 6.

7) Joh. 1, 9.

8) 1. Tim. 2, 5. 1. Joh. 2, 1. Hebr. 6, 18. cap. 7, 25.

9) Matth. 16, 24. cap. 19, 27. Marc. 10, 28.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0102
DFG

per fidem in eum mori; Ii, qui fœdus ſuum, per vinculum fidei, cum Deo initum incorruptum ſervare promiſerunt 10), & obſignati ſunt in baptiſmo ſigillo olei gratiæ Spiritus ſancti 11); Ii, qui polliciti ſunt caſte ac pure veram fidei confeſſionem in anima ac corde adſervare 12), ut hanc ipſam primam confeſſionem & purificationem animæ 13), qua, ut nova & immaculata ſponſa in lavacro baptiſmi Chriſti repurgata eſt, & communionem habet corporis & ſanguinis ejus, ornataque bonis operibus, & fructiferis exercitiis, hanc victricem puriſſimo myſtico ſponſo repræſentent 14); Ii, qui ſubmiſſi fuerunt animi, & ex parte ſua, per Spiritum ſanctum præparaverunt ſe ipſos ac purificarunt, quique facta ſunt vaſa ſancta gratiæ ac donorum Dei, ſecundum ordinationem ejus, qui adtribuit gratiam juſtificationis gratuito, & dicit: Sancti ſitis, quia ego ſanctus ſum 15), & alibi: Animas veſtras purificate, auſcultando veritati per Spiritum 16), & alio loco: appropinquate Deo, & appropinquabit vobis: purificate manus, vos peccatores! & expiate corda duplices animo 17), & quisquis habet hanc ſpem in eo ſitam, caſtum ſe conſervat, ſicut & ille caſtus eſt 18); Ii, qui in hac vera fide in Chriſtum, & divinorum præceptorum apprehenſione, per modo demonſtratam confeſſionem fidei, dum adhuc ſunt in vivis, per virtutem divinam ipſis inhabitantem, quæque in ipſis operatur, immutabili in conſilio bonæ animæ diſpoſitionis, & flagranti deſiderio, per ſeriam pœnitentiam & converſionem boni operandi, ac adjuvante Deo clementiæ ac gratiæ pleno, ejusmodique bonam animæ diſpoſitionem clementer reſpiciente, per fidem ut præſtantiſſimum medium, jam dextra ceu gladium ſtrenue tenent, ac cum illa parietem incredulitatis objectum, forti-

10) Matth. 10, 32. Eph. 4, 3 4. Rom. 10, 9. 10. 1. Tim. 6, 12. 14. Hebr. 3, 6. 14.
11) Eph. 1, 13. c. 4, 30. 2. Cor. 1, 21. 22.
12) 2. Cor. 9, 13. 1. Tim. 6, 12. c. 3, 9. c. 1, 19. Hebr. 4, 14. c. 6, 4. 18. 19.
13) 14) Prov. 4, 18. Col. 1, 22. Rom. 6, 13. Eph. 1, 4. 2. Petr. 3, 14. 1. Cor. 1, 8. Phil. 1, 10. 11.
15) 1. Petr. 1, 16.
16) 1. Petr. 1, 22.
17) Jac. 4, 8. Eſ. 1, 16.
18) 1. Joh. 3, 3. Jer. 6, 16. leg.

fortiter scindunt; Ii inquam, a prima superstitiosa ac idololatrica fide, ad veram & salvificam fidem fidei Christi superstructam, per baptismum penetrarunt, & se ipsos ei adtribuentes eam amplexi sunt, & quia per eam Deo placuerunt 19), acceperunt remissionem, justificationem & conciliationem, ab ipso 20). Et ille nulla ratione ipsis prima imputat peccata, sed salvavit eos gratis, secundum divitias misericordiæ suæ 21), sine operibus externæ legis, quæ non oriebantur ex fide, respiciens tantum bonam animæ hominum dispositionem ac subjectionem; ut ipse per Prophetam testatur, dicens: Vias ejus video, sed curabo eum, reddamque consolationes ei, & lugentibus ejus; creans proventum labiorum, summam pacem; longinquo & propinquo, inquit Jehova, ut curem eum 22), cui & convenit dictum Paulinum: Ei vero qui non operatur, sed credit in eum, qui justificat impium, imputatur fides sua ad justitiam 23). Ut regeniti homines tanquam ut pueri in innocentia ac puritate incipiant vitam Christi, qui regenuit, justificavit eos, remisitque iis peccata.

19) Hebr. 11, 6.
20) Rom. 5, 11, 2. Cor. 5, 18. Col. 1, 20.
21) Eph. 2, 8.
22) Es. 57, 18. 19.
23) Rom. 4, 5. Ps. 32, 1. 2.

§. 3.

Infantes etiam recens nati Christianorum, ut & illi ipsi, ab infidelitate ad fidem Christi per baptismum transeunt, justificantur, & Deo conciliantur per baptismum in sanguine ejus, & quanquam nihil ad eorum salutem operantur, tamen spirituali modo a peccato primi parentis repurgantur ac regenerantur.

§. 4.

Habent fidem in virtute; & Infantes ita renovati, interne & externe puri sunt in simplicitate 1), ut postea,

1) Matth. 18, 3, cap. 19, 4.

poſtea, quando ad maturam perveniunt ætatem puerili-
ter agant in innocentia & animi ſimplicitate, ut per-
fecti evadant 2), uti decet & factum ab adultis primis
Chriſtianis. Quare & Paulus ad Corinthios ſcribit:
Et ego, fratres, non potui loqui vobis ut ſpiritualibus,
ſed loquutus ſum ut carnalibus, ut infantibus in Chri-
ſto 3).

2) 1. Cor. 4, 20.
Pſ. 131, 2.

3) 1. Cor. 3, 1.

§. 5.

Per operantem fidem igitur homines placent
Deo 1), pœnitentia fidem antecedente 2): in jam cre-
dente vero præcedit fides pœnitentiam, ut fundamen-
tum bonorum operum 3). Non credentes autem pro-
pter cordis duritiem & incredulitatem, ex parte ſua, ut
indigna & impura vaſa, non ſolum ſuam, ſed etiam in-
fantium ſuorum juſtitiam reſpuunt 4), quæ nunquam
a Deo ipſis negatur, quippe quod ad Deum adtinet, iſta
ſemper ſtat parata, & petentibus ab ipſo gratuito da-
tur 5).

1) Hebr. 11, 6.
2) Marc. 1, 15.
3) Eſ. 13, 14.
cap 14, 10.
4) Luc. 11, 52.
Mal. 3, 8. 9.
Act. 7, 51. c. 9, 9.
Rom. 2, 5.
1. Tim. 1, 18.
Jer. 6, 16.
c. 9, 26. c. 17, 13.
Matth. 23, 13.
5) Luc. 6, 37.
Matth. 7, 7.
c. 26, 24. ult.
Apoc. 21, 6.
Eſ. 12, 3.
Jer. 17. leg.

Non quidem ſimpliciter omnibus ſcil. incredulis,
pigris, & non reſipiſcentibus, qui impleti vino laſciviæ,
hæcce adtribuitur gratia; ſed hæc gratia, quanquam
gratuita eſt, volentibus tamen ſalvari & revertentibus
ſolummodo, ſalutemque amplectentibus, adtribuitur,
ſecundum dictum Prophetæ: Revertimini ad me, &
ego convertar ad vos 6), & dabo vobis ex aqua viva &
fontibus ſalutaribus gratuito 7).

6) Eſ. 65, 24.
Ezech. 18, 27. leg.
Zach. 1, 3.
Mal. 3, 7.
2. Cor. 3, 16.
7) Apoc. 21, 6.
Joh. 14, 6. 35.
Eſ. 12, 3. c. 55, 1.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0105
DFG



CAP. XVI.

§. 1.

Credimus hominem omni tempore, præcipue vero ante regenerationem, propter infirmitatem ipsi semper adhærentem, a natura, ad omnia mala esse pronum 1); ea propter tamen, a gratia non derelinqui; Regenito vero per Baptismum, ut bonum spirituale operetur, necessario gratiam Dei præcedere & prævenire opus est: impossibile enim est nobis aliquid boni operari, & efficere eo non cooperante & auxiliante: Nostrarum tamen est virium, in virtute divina vel ut perseveremus, vel avertamus nos ab ipsa 2). Peccantem iterum ea sequitur, neque peccator penitus ab ipsa deseritur (nisi per judicium obduritionis deseratur penitus a Deo, uti, Pharao, Judas) testante hoc ipso Deo in scriptura: Nolo mortem peccatoris 3), sed ut resipiscat, & convertatur a mala sua via, & vivat 4).

1) Marc. 7, 21. Matth. 15, 19. Rom. 7, 20. 23. Gen. 6, 5. 8, 8. 21.

2) Joh. 17, 7. Phil. 2, 13. 1. Cor. 5, 10. 2. Cor. 3, 5. c. 9, 8. c. 12, 9.

3) Ezech. 18, 32.

4) Ezech. 18, 18. leg.

SACRA

SACRA TUBA FIDEI.

LIBER II.

De septem ineffabilibus mysteriique plenis ac præcipuis Ecclesiæ ritibus, qui & eapropter Mysteria seu Sacramenta vocantur.

CAP. I.
De Baptismo.



§. 1.

CRedimus, neminem salvari sine baptismo, neque quenquam non baptizatum intrare posse in regnum cœlorum: Nisi enim, dicit Christus ipse, quis fuerit genitus ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum Dei 1). Adulto enim vere ac legitime baptizato, confessione fidei suæ in Christum prævia, per hoc externum & materiale baptismi lavacrum 2), non primorum solum parentum peccatum, sed quoque proæretica, voluntaria ex prava cupiditate & inimicitia profluentia, nec minus alia quæcunque modo commiserit peccata condonantur, remittuntur, & sanguine Domini nostri Iesu Christi gratuito delentur 3). †) Deus enim ob infinitam suam misericordiam erga hominem, & intensissimum amorem erga Filium suum mortuum, ea peccata homini non imputat 4); sed purificat & regenerat eum spirituali modo, & in-

1) Joh. 3, 5.

2) Eph. 5, 26.

3) 1. Petr. 3, 21.
†) Basil. de Baptism. Dom. Cap. 12 & 15.

4) 1. Joh. 4, 10.

& interne & externe, non per depositionem sordium carnis, sed ut conscientia bona bene respondeat apud Deum, per resurrectionem Jesu Christi 5), eumque per gratiam sui Filii gratuitam, constituit 6) ac præparat hæredem regni cœlorum 7).

5) 1. Petr. 3, 21.
6) Gal. 4, 5. Rom. 8, 15.
7) Tit. 3, 7.

§. 2.

Infantes quoque, conceptos in iniquitatibus & natos in peccatis 1), quæ innata sunt cordi hominis 2), & quorum potentiæ intrinsece in iis inveniuntur 3), ut etiam sordium labe a primigenio Parente contracta, deliberentur, Deoque concilientur, & Filii Dei ac Fratres Christi fiant 4), habitationesque Spiritus sancti 5), omnino quam maxime opus habere baptismo, indubitate credimus, nec in vanum, sed Scriptura nos ita docente: Apostoli enim cum sacro fonte integras familias tingerent, infantes quoque tinxisse videntur: legimus enim in sacra scriptura, Lydiam cum ejus tota familia fuisse baptizatam 6), & Commentariensem cum omnibus domesticis ipsius illico 7). Paulus quoque, se ipso testante, Stephanæ familiam baptizavit 8); & Christus Dominus noster ipse, objurgantibus discipulis dixit: Omittite pueros, & ne prohibete eos ad me venire 9), & Esaias Propheta: Lavate vos, purificate vos 10): Per lavacrum enim baptismatis regenerantur & per Spiritum sanctum renovantur, qui effunditur supra nos per Jesum Christum salvatorem nostrum 11) ut justificati illius gratia, hæredes efficiantur secundum spem vitæ æternæ. Et sic etiam hi in baptismo per Jesum Christum justificati & reconciliati, introibunt in regnum cœlorum 12). Et sicut Judæorum pueri, & ipse Christus, ut legem impleret 13) octavo die circumcisi sunt; ita quoque Christianorum pueri in typum hujus antitypi baptizandi sunt, quia eundem per modum baptismus

1) Ps. 51. leg.
2) Gen. 6, 5. Matth. 15, 19. Marc. 7, 21. Prov. 6, 14.
3) Gen. 8, 21.
4) Rom. 8, 29.
5) 1. Cor. 3, 16.
6) Act. 16, 15.
7) Act. 16, 33.
8) 1 Cor. 1, 16.
9) Matth. 19, 14.
10) Es. 1, 16. Ps. 51, 2. 7.
11) Tit. 3, 5. 6. 7. cap. 2, 11.
12) Joh. 3, 5.
13) Matth. 5, 17. Gen. 17, 10. 11. 12. Lev. 12, 3.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0109
DFG

nos salvos facit, quam olim circumcisio 14), & quidem hæc in consummationem legis, ille vero in impletionem verbi: Jesus enim ipse dicit: Nisi quis fuerit regenitus &c. 15).

14) 1. Petr. 3, 21. Eph. 5, 26.

15) Joh. 3, 5.

§. 3.

Casu tamen necessitatis existente, statim baptizandi sunt (ne moriantur, peccato originali fœdati, a primo nostro Parente Adamo contracto) ut regenerentur, repurgentur prorsus anima & corpore, & justificentur ac Deo concilientur in sanguine Christi 1): Baptismus enim est circumcisio, quæ manibus non fit 2); in hoc baptismo sepelitur & deletur peccatum originale 3), exuitur vetus homo, ac induitur novus scil. Christus 4). Quicunque enim in Christum baptizati estis, Christum induistis, inquit Paulus 5): ac fit ex illo tempore nova creatura 6). Regeneratio enim secundæ seu novæ vitæ initium est.

1) 2. Cor. 5, 18. 19.

2) Col. 2, 11, 12.
3) Rom. 6, 3. 4.
4) Eph. 4, 22. 24.
5) Gal. 3, 27. Rom. 6, 3.
6) 2. Cor 5, 17. Gal. 6, 15. Es. 43, 18. 19. Ps. 51, leg.

§. 4.

Verum quidem est: illos nihil cognoscere de baptismo, de manuum impositione, neque de sacra fide, & sacra cœna: sed hoc non obstante; tamen fidem habent internam, quæ dono eis donatur a Deo 1). Quæ operatur virtute in iis, per potentiam divinam interne 2). Deus enim est, qui efficit in iis, & ipsum velle, & ipsum agere, pro gratuita sua benevolentia 3). Et sicuti prædestinavit eos quos adoptaret in filios, per Jesum Christum in se, pro benevolo adfectu voluntatis suæ 4); Ita quoque ut Filii Dei, spiritu sancto aguntur 5), nec amplius sunt sub lege peccati 6), sed sub gratia 7).

1) Matth. 19, 14. 1. Cor. 12, 9. Luc. 17, 5. Jac. 1, 17.
2) Phil. 4, 13.
3) Phil. 2, 13. 1. Cor. 12, 6.
4) Eph. 1, 5. &c.
5) Rom. 8, 14.
6) Gal. 5, 18.
7) Rom. 6, 14. cap. 8, 2.

§. 5.

Et ideo non videmus, cum Infantes de baptismo nihil cognoscentes, per eum tamen a peccatis abluuntur,

tur, justificantur Deoque conciliantur; quare, & non, cum jam Christum induti, perque eum ab originali peccato purgati, actualique carentes, sacræ cœnæ participes sunt faciendi? & huic Pauli dictum: Probate vos, &c. 1. Cor. 11, 28. plane non obstat, quippe quo de adultis minime autem de infantibus est sermo.

§. 6.

Doctore nostro Jesu Christo Apostolis solis præcipiente exire, docere omnes gentes, easque baptizare in nomine sanctæ Trinitatis, Patris scil. Filii & Spiritus sancti 1): Ideo & solis sacerdotibus competit baptizare, quippe qui sunt ministri Christi, & dispensatores mysteriorum Dei 2).

1) Matth. 28, 19.

2) 1. Cor. 4, 1. Act. 26, 16.

§. 7.

In casu tamen necessitatis quilibet Christianus potest baptizare, imo ipsa infantis mater, quod ex sacra Scriptura probatur exemplo Ziporæ, quæ circumcidit Filium suum a).

a) Exod. 4. 25.

§. 8.

Nos credentes in unum Deum trium Personarum ideoque Trinitatem, debemus baptizare & baptizari in nomine triunius Trinitatis.

§. 9.

Post exorcismum, (quo Ecclesia olim utebatur in catechumenos & agitatos ab impuris Spiritibus, qui & adhuc hodie in nostra græcorum Ecclesia in usu est, eodemque utimur in infantes baptizandos, quamvis differt in compositione ad expellendum impurum infidelitatis Spiritum, ne hos ætate teneros propter invidiam diabolus tentet) Susceptor nomen quod Infanti imponendum, sacerdoti indicat, hoc facto, sacerdos infantem adsumit, & in aquam ter immergit, secundum typum

typum sanctæ Trinitatis dicens: (quasi a parte & propria voluntate infantis qui baptizatur) ad primam immersionem, quæ significat mortem & consepulturam Christi 1), ut fiat Filius Dei 2) in nomine Patris, Amen. Ad secundam, ut fiat frater amicus & discipulus Filii sui, & una cum Christo suscitetur 3) Filii, Amen. Ad tertiam, ut fiat domus Spiritus sancti 4), qui infantem una cum Christo vivificet & excitet 5) & Spiritus sancti, Amen. Sic enim & Christus totus descendit in Jordanum, & iterum ex aqua descendit 6).

1) Rom. 6, 4. Col. 2, 12. cap. 3, 3.
2) Hos. 1, 10. Matth. 5, 45. Luc. 20, 36.
3) Hebr. 2, 11. Gal. 3, 26. Es. 56, 5. Col. 3, 1. Tit. 3, 5.
4) 1. Cor. 3, 16. cap. 6, 19.
5) Col. 2, 13. Eph. 2, 5. 2. Cor. 3, 6.
6) Matth. 3, 16. Joh. 1, 33.

§. 10.

Postea loco manuum impositionis Apostolorum, ut accipient gratiam confirmationis Spiritus sancti, quæ in cordibus eorum effunditur 1), quo fiant & inscribantur hæredes Dei & cohæredes Christi 2) sacro eos ungimus oleo (quod æque in veteri Testamento Sacerdotibus & Regibus usui fuit 3) ac Apostolis manuum impositio in baptizatos, qua Spiritum sanctum accipiebant 4).

1) 2. Cor. 1, 21. Rom. 5, 5.
2) Hebr. 9, 15. Rom. 8, 17.
3) 1. Reg. 19, 15. 16.
4) 2. Cor. 1, 21. 22. 1. Joh. 2, 20.

§. 11.

Et quoniam omnis Christianus a tempore Christi & in posterum secundum gratiam Ecclesiæ militantis, & Rex & Sacerdos vocatur: Nos enim Reges & Sacerdotes fecit Deo & Patri suo, loquitur Scriptura 1). Id circo ne moriatur Infantium quisquam absque baptismi indumento cœlestique arrhabone & unione cum Christo, statim post acceptam gratiam Spiritus sancti per manuum impositionem effectam, cujus loco in Ecclesia utimur sacro oleo seu myrrho, quod & jam olim in veteri testamento usui fuit, damus iis sanctissimum corpus & sanguinem Christi, ut fiant participes ejus corporis & digni Regno sacraque ejus regia cœlesti mensa, secundum illud: Nisi comedatis carnem Filii homi-

1) Apoc. 1, 6. 1. Petr. 2, 9. Exod. 19, 5 6.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0112
DFG

hominis & bibatis sanguinem ejus, non habetis vitam æternam in vobis, & qui comedit carnem meam & bibit sanguinem meum, manet in me & ego in illo 2). Induti sunt stola fidei, quam accipiunt in baptismo, ut indumentum nuptiale 3), & galea ob innocentiam 4), & annulo, in arrhabonem accepti corporis & sanguinis Christi, propter puritatem 5) calceamentis & cingulo gratiæ Spiritus sancti in incarnationem verbi Dei, ob simplicitatem 6).

2) Joh. 6, 53.
3) Apoc. 19, 8. Gal. 3, 27.
4) Matth. 21, 16. 1. Cor. 14, 20. Phil. 2, 5. Ps. 8, 3.
5) Matth. 5, 8. Hebr. 9, 14. Joh. 6, 56.
6) Luc. 15, 22. Eph. 6, 15. 2. Cor. 11, 3.

§. 12.

Si autem vivant crescentes corpore, crescunt etiam spiritualiter a tenera ætate cum omnipotenti Dei virtute, donec evadant viri perfecti, in mensuram perfectæ staturæ Christi a).

a) Eph. 4, 13.

§. 13.

Hic igitur est primus maximeque necessarius ac salutaris ritus, extra quem impossibile est ut reconcilietur & in regnum cœlorum intret homo, quem ritum propter incomprehensibilem regenerationis, justificationis, remissionis & conciliationis modum, vocamus mysterium. Si vero nonnulli, antequam baptizati sunt, propter amorem in Christum, ut in primis Christianæ religionis temporibus sæpius factum, vitæ violento modo eripiantur, seu martyrio adficiantur, hi in suo ipsorum sanguine baptizati creduntur. Hoc quidem, injusta cæde illa, sanctorum istorum innocentium Protomartyrum puerorum, tempore Herodis, facta, satis clare probatur b).

b) Matth. 2, 16. Jer. 31, 15.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0113
DFG

CAP. II.
De Sancta Unctione Myrrhi.



§. 1.

CRedimus, post reconciliationem hominis baptismo factam, per impositionem manuum Sacerdotis, facta invocatione omnia perficientis Spiritus sancti, honem accipere gratiam hujus Spiritus, & reviviscere secundum Spiritum, ut Apostolus dicit: per Spiritum Dei viventis, qui vivificat nostra mortalia corpora, propter inhabitationem sui ipsius Spiritum in nobis 1) confirmari per effusam Dei charitatem in ejus corde 2) in fide Christi 3). Hæc fides est potentia spiritualis, sive Deus ipse, qui corroborat illum, ut possit retinere fidem Christi firmam usque ad finem 4), per quam fidem in sanguine Jesu Christi conciliatur Deo, & per Spiritum sanctum obsignatur, adoptatur, & Regni ejus hæres efficitur, quo Spiritu adoptionis fide accepto clamat: Abba Pater 5). Et Spiritu sic, a primi

1) Rom. 8, 11.
2) Rom. 5, 5.
3) Col. 2, 5. 7.
4) Hebr. 3, 6.
5) Rom. 8, 15.

mi noſtri parentis æque ac reliquis voluntarie a nobis met ipſis commiſſis peccatis, nos repurgante, nos regenerat, ſanctificat, ac puros reddit, & præparat filios ſuos per fidem in ſanguine Chriſti, ſecundum Pauli illud ad Corinthios: Abluti eſtis, ſanctificati eſtis, juſtificati eſtis, per nomen Domini Jeſu, (poſtea) & per Spiritum Dei noſtri 6.) Summa ejus benignitas nos reſtaurat, regenerans nos ſervat, non ſecundum opera noſtra, ſed miſericordiam ſuam, Paulo Titum ita docente: Poſtquam bonitas, & erga homines amor apparuit Servatoris noſtri Dei, non ex operibus juſtis quæ fecerimus nos, ſed ex ſua miſericordia ſervavit nos per lavacrum regenerationis, (poſtea) & renovationis Spiritus ſancti.

6) 1. Cor. 6, 11.

§. 2.

Et ſic per manuum impoſitionem, poſtquam facti ſumus Filii, juſtificati ejus gratia, nos adoptat 1), & vitæ æternæ hæredes agnoſcit atque confirmat, renovat ac revivificat in ſpiritu ſuo, & ſigillat, illuminat, firmat, ac ſui participes nos efficit, regnique ſui & remunerationis divinæ ſuæ hæredes, tabulæque cœleſtium & nunquam finiendorum donorum ſuorum communis ſiſtit. De fruitione ac guſtatione donorum cœleſtium & participatione Spiritus ſancti ſimul ac illuminatione per eundem clariſſimum teſtimonium Paulus in Epiſtola ad Hebræos tulit 2), quem Spiritum largiter in nos effudit per Jeſum Chriſtum Servatorem noſtrum 3). Quando vero dicit Apoſtolus nos in filios eſſe adoptatos? poſt baptiſmum, cum accepimus adoptionem per Spiritum ſanctum (non enim accepiſtis Spiritum ſervitutis rurſum ad metum, ſed accepiſtis Spiritum adoptionis, per quem clamamus Abba id eſt Pater) 4), ac

1) Auguſt. in Comment. in Joh. 4, 15.

2) Hebr. 6, 4.
3) Tit. 3, 6.

4) Rom. 8, 15.

ac ſigillamur & confirmamur in fide Chriſti, & ſimus perfecti filii ac hæredes ſui, ſperantes in Chriſto, in quem credentes ſigillamur in Spiritu ſancto promiſſionis, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, ad obtinendam redemtionem acquiſitæ poſſeſſionis, ad laudem gloriæ ipſius 5). Itaque cum eſtis Filii (tunc) miſit Deus Spiritum in corda veſtra, clamantem Abba id eſt Pater 6), & idem ipſe Spiritus teſtatur una cum Spiritu noſtro, nos eſſe Filios Dei 7), & quicunque Spiritu Dei dicuntur, hi ſunt Filii Dei, vos autem non eſtis in carne, ſed in Spiritu, ſiquidem Spiritus Dei habitat in vobis. Quod ſi quis Spiritum Chriſti non habet (ſeu hanc gratiam adoptionis) ille non eſt ipſius. Et ſolidum fundamentum Dei ſtat, habens ſigillum hoc, novit Dominus eos, qui ſunt ſui 8) & unctio quam accepiſtis ab eo, in vobis manet, & non neceſſe habetis, ut quisquam doceat vos (alteram videlicet fidem) ſed ſicuti ipſa eadem unctio ſeu gratia Spiritus ſancti docet vos omnia quæ & verax eſt, & non eſt mendax, & ſicut docuit vos, manete in ea; & vos unctionem habetis a ſancto illo, & noſtis omnia 9). Dilectio Dei effuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis 10) & an neſcitis, vos templum Dei eſſe, & Spiritum Dei habitare in vobis 11), & qui accipit ejus teſtimonium (teſtimonium fidei ſcil. eſt Spiritus ſanctus) hic obſignavit, quod Deus verax ſit 12), his congruit quoque dictum Pauli: Porro, qui nos confirmat vobiscum in Chriſtum, & qui unxit nos, Deus eſt, qui etiam obſignavit nos, indiditque arrhabonem Spiritus cordibus noſtris 13) & alibi: per quod etiam poſtea quam credidiſtis, obſignati eſtis Spiritu illo promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ 14). Nos vero non ſpiritum mundi accepimus, ſed Spiritum qui eſt a Deo

5) 2. Theſſ. 2, 14. Eph. 1, 14.
6) Gal. 4, 6. Rom. 8, 15.
7) Rom. 8, 12. 16.
8) 2. Tim. 2, 19.
9) 1. Joh. 2, leg.
10) Rom. 5, 5.
11) 1 Cor. 3, 16.
12) Joh. 3, 33.
13) 2. Cor. 1, 21, 22.
14) Eph. 1, 13, 14.

Deo ut sciamus quæ a Christo donata sint nobis 15): Omnia enim a Deo sunt 16) in laudem gloriæ & gratiæ suæ in qua charos reddidit nos per illum dilectum, in quo cohabitat omnis plenitudo divinæ gratiæ, per quem habemus redemtionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum secundum divitias gratiæ suæ 17) cum Filii Dei facti simus per fidem in Christo Jesu 18), in qua fide per Spiritum sanctum sigillamur, in adoptionem, ut dicit ad Ephesienses Apostolus: ne contristetis Spiritum sanctum Dei, per quem obsignati estis in diem redemtionis 19). Hic igitur Spiritus, quem accepimus, & quo confirmamur, contestatur Spiritui nostro, quod simus Filii Dei, quod si Filii, igitur & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, si modo cum eo patimur, ut & cum eo glorificemur 20), qua propter nos, cum baptizati sumus, statim, ut istam necessariam adoptionis gratiam accipiamus, & in libro vitæ inscribamur, & hæredes ejus confirmemur, sigillamur seu designamur a Deo per Spiritum sanctum, secundum dictum illud: fac meum signaculum in bono, ut videant qui abhorrent me, ac pudore perfundantur 21), nec minus ideo, ut possimus principium fidei nostræ usque ad finem perfecte conservare 22). Per hanc gratiam Spiritus sancti, spirituales Reges ac sacerdotes describimur, Johanne ita loquente: Mactatus es, & redemisti nos Deo per sanguinem tuum, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione: & fecisti nos Deo nostro Reges & Sacerdotes, & regnabimus in terra 23). Nam quicunque Christi vere Filii adoptati sunt, adversus Diaboli laqueos & mundi cupiditates dimicantes, regnant adfectibus vi sui liberi arbitrii, sacraque celebrant semper sacrificantes in Spiritu contrito & demisso sanctimoniæ 24). Sicut & Christus cum

15) 1. Cor. 2, 12.
16) Jac. 1, 17. 1. Cor. 11, 12.
17) Eph. 1, 6. 7.
18) Gal. 3, 26.
19) Eph. 4, 30.
20) Rom. 8, 17.
21) Ps. 86, 17.
22) Hebr. 3, 14.
23) Apoc. 1, 6. cap. 5, 9, 10.
24) Ps. 51. leg.

in terra ambularet, quoad corpus in sanctitate imperavit sibi ipsi, libera voluntate adfectibus resistendo 25), ut & nos ipsi, tanquam lapides vivi (firmi scil. contra peccatum) ædificemur domus Spiritus sacerdotium sanctum, ad offerendum spirituales hostias, Deo acceptas per Jesum Christum 26), ut genus electum (genus scil. Christi) regale Sacerdotium, gens sancta, Populus quem sibi Deus, ut proprio sanguine suo acquisitus, proprium vendicat, ut virtutes prædicemus illius, qui nos vocavit e tenebris in admirabilem suam lucem 27).

25) Hebr. 2, 14. c. 5, 7. c. 12, 2. Matth. 26, 39.

26) Hebr. 3, 6. Eph. 2, 21.

27) 1. Petr. 2, 5. 9. Exod. 9, 6.

§. 3.

Quod autem accipiamus in consignatione post baptismum, per invocationem triunius Dei, gratiam Spiritus sancti, qua confirmamur, nobisque testimonium datur, nos ex illo tempore Filios Dei & cohæredes Christi esse, addiscimus exemplo ipsius nostri Archidoctoris Jesu Christi, nec non Prophetarum & Apostolorum, unde quoque Ecclesia hoc statuens, utitur.

§. 4.

Nam cum Jesus baptizatus est, ascendit statim ex aqua: & ecce, aperti sunt ei cœli, & vidit Spiritum Dei descendentem quasi columbam, & venientem super ipsum, & ecce vox adfuit e cœlis, dicens; hic est filius ille meus, dilectus ille, in quo adquiesco 1). Ex hoc perspicue apparet, supra Christum secundum humanam naturam, a cœleste suo Patre gratiam adsecuturum, ac testimonium confirmationemque adepturum, perfectus filius quod esset, in quo cohabitaret omnis plenitudo Deitatis, totus nimirum Thesaurus gratiarum; spiritum sanctum eo jam baptizato, & ex aqua jam elevato, descendisse, eumque gratiis impleviſſe, ac confirmasse suoque testimonio corroboratum reddidisse, eum esse

1) Matth. 3, 16. Marc. 1, 10.

esse Filium Patri suo dilectum in mundo, & in eo acquievisse; & hanc nostram doctrinam Apostoli secuti, venientes ad baptizatos a Philippo Samariæ, precati sunt, ut acciperent Spiritum sanctum; nondum enim in quenquam illorum illapsus fuerat, sed baptizati tantum fuerant, in nomen Jesu, tunc autem imponebant illis manus, & receperunt illi Spiritum sanctum 2). 2) Act. 8, 14, &c.

§. 5.

Et sicuti tunc temporis quicunque accipiebant Spiritum, & illis manifestatio Spiritus dabatur 1) ad instaurandos sanctos ad opus administrationis in ædificationem corporis Christi 2) & habebant dona secundum gratiam iis datam varia, sive Prophetiam sive aliud donum, pro proportione fidei 3); Sic quoque huc usque & perpetuo Ecclesia illorum imitata fidem, eorum ritum credit & retinet. Hinc post baptismum protinus, cum Infans elevatus est ex aqua, loco impositionis manuum ungitur sancto myrrho, quod non solum typice in veteri testamento usui fuisse patet, quum Moises nempe fratrem suum Aaronem ex divino mandato, Sacerdotem constituturus, lavatum aqua unxit 4) propter quam typicam unctionem unctus vocabatur: & Salomon cum Regni potiretur, lavatus in flumine Geon, a Pontifice Sadocho unctus est 5); Sed etiam a Theopnevsto Esaia vaticinatum est, dicente: & faciet Dominus Zebaoth convivium omnibus gentibus supra hunc montem, bibent lætitiam, bibent vinum 6). Sub monte hoc designatur Ecclesia, quam & David montem Dei, montem pinguem & sic porro, appellitat 7): & tu exsurgens misereberis Zionis, & sequ. 8) Lætitia in adducto Esaiæ loco, remissionem per lavacrum baptismatis

1) 1. Cor. 12, 7.
2) Eph. 4, 12.
3) Rom. 12, 6, 7.
4) Exod. 29, 4. 7.
5) 1. Reg. 1, 39.
6) Es. 25, 6. sec. græc.
7) Ps. 68, 15. &c.
8) Ps. 102, 14.

ptiſmatis in incarnatione Chriſti ſignificat: Vinum autem præſtantiſſimum illud donum, corpus ſcil. & ſanguinem Chriſti, quod dedit comedendum & bibendum, omnibus in eum credentibus 9); per quem ſanguinem omnis fidelis ſalutarem lætitiam & exultationem potat, teſtante Scriptura: lavabit in vino veſtimentum ſuum, & in ſucco uvarum operimentum ſuum. Rubicundus oculis ex vino, & albus dentibus ex lacte 10). Calicem ſalutarem accipiam & nomen Jehovæ prædicabo, inquit David 11). Inebriabuntur pinguedine domus tuæ & de torrente delitiarum tuarum bibendum das eis, vino quod lætificat Deum & homines 12), & per Davidem Spiritus ſanctus: Quandoquidem penes te eſt fons vitæ, in luce tua fruamur luce 13), idcirco lætatur animus meus, & exſultat lingua mea, ſatietatem gaudiorum in conſpectu tuo amœniſſimorum: dextera tua in æternitatem 14). Nam in eo lætabitur animus noſter, quod nomini ſancto ejus confidimus 15) exſultem in ſalute tua 16); exſultabo & lætabor benignitate tua 17). Filii Zionis exultabunt in Regno ſuo 18): Lux facta eſt juſto, & rectis animo lætitia: Juſti lætantes exultabant coram Deo, & gaudent in lætitia 19), de quibus fidelibus dixit: dicent illo die: ecce Deus noſter, in quem ſperabamus & ſalvabit nos 20). Hic Dominus eſt quem exſpectabamus, & lætificamur & exultamus in ſalute noſtra, nam refocillationem dabit Deus in monte hoc, ſeu Eccleſia, & unguntur myrrho, quod eſt gratia Spiritus ſancti, vel potius Spiritus ipſe 21).

9) Pſ. 111, 5.

10) Gen. 49, 11. Cant. 5, 10. & Athan. ex Cant. 4, 10. Tom. 2. interrog. 68. & 72.

11) Pſ. 116, 13.

12) Jud. 9, 13.

13) Pſ. 36, 10. Pſ. 65, 5. Eſ. 61, 10.

14) Pſ. 16, 8.

15) Pſ. 5, 12. Pſ. 33, 21.

16) Pſ. 9, 15. Pſ. 13, 5.

17) Pſ. 31, 8.

18) Pſ. 149, 2.

19) Pſ. 68, 4. Pſ. 97, 11. Pſ. 118, 24.

20) Eſ. 35, 10. cap. 25, 9.

21) 1. Joh. 2, 27.

§. 6.

Proinde, per Sermonem hujus Prophetæ, ſancta noſtra Chriſti Eccleſia, quam clariſſime, externum uſum

usum unctionis Myrrhæ, ut & externam baptismatis aquam, & communionem panis & vini a Deo edocta est & adhuc docetur.

§. 7.

Unguntur Myrrho

Es. 25, 6. sec. græc.

Et quidem anticipando, ad facilitandum captum humanum, secundum, loco primi ponit Propheta, nimirum novum hunc electum populum novæ florentis Ecclesiæ, quem sibi congregavit ac altissimo invitavit præconio 1), inquit enim ipse Deus per eundem Prophetam: ab oriente reducam semen tuum, & ab occidente congregabo te. Et dicam aquiloni, redde & meridiei, ne cohibetis: reduc filios meos e longinquo, & filias meas ab extremitate terræ; Omnem, qui vocat se de nomine meo, quem ad gloriam meam creavi; quem formavi, etiamque feci 2). ex quo populo nempe nova hæc ædificanda ecclesia exstruenda erat: & Deinde loco secundi inducit primum, incarnatam nempe dispensationem, quam omni ac flagranti exspectabat animo 3), ut per salutem illam populus novus crescens seu Ecclesia, delectaretur ac exhilaretur 4). In qua œconomia seu dispensatione, per externum lavacrum aquæ in sanguine Christi spiritualem refocillationem (Salutis enim refocillationem vel quietem exsultatio & lætificatio denotat) 5) & per externas species panis & vini communicationem corporis & sanguinis ejus seu remissionem, per externam autem unctionem sancti Myrrhi, communionem gratiarum Spiritus sancti amplecti præcepit, quare & dixit: Ungentur Myrrho in monte hoc. Et sicuti per externum lava-

1) Prov. 9, 3.

2) Es. 43, 7.

3) Matth. 13, 17.

4) Es. 56, 7.

5) Es. 29, 9.

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1853642843/phys_0121 DFG

crum aquæ, ſecundum literam, ſpiritualis Eccleſiæ conciliatio & purificatio efficitur, & per panem & vinum ſpiritualis communicatio veri corporis & ſanguinis Chriſti remiſſioque peccatorum donatur; ſic etiam per externam Myrrhi unctionem, ſecundum literam, quæque eadem, ut Apoſtolorum manuum impoſitio, eſt efficacia, eamque denotat, ſpiritualiter, varia Spiritus ſancti dona pro menſura fidei donantur ac diſpenſantur. Et ut hac de re nemini dubium ſit, dixit; ſe traditurum hæc omnibus gentibus, quæ fidem amplexuræ eſſent: trade inquit, hæc omnia gentibus, nam hæc voluntas, eſt Dei erga omnes gentes; & ne videatur a ſemet ipſo hæc locutus, addit: Os Domini adnuntiavit hæc 6).

6) Eſ. 25, 8.

§. 8.

Tunc credimus baptizatum, per unctionem, gratiam Spiritus ſancti accipere, quæ donatur ei a Deo, & ipſi adtribuitur pro menſura fidei, ut efficiatur perfectus hæres Regni Chriſti & Dei noſtri, qui obſignat, ſuſcipit & participem ſui reddit, ab hac unctione myſtica fidelis, Chriſtianus, hoc eſt unctus adpellatur. Et licet viſibili Myrrho corpus ungatur, inviſibili tamen viventis Spiritus unguento anima ſanctificata adoptatur, uti & in baptismo reconciliationem ac purificationem eadem ratione fieri, credimus.

§. 9.

Ordo unctionis.

Ungit Sacerdos baptizatum infantem, aut illos qui antea in alia religione baptizati ſunt, & quos iterum non baptizamus, exceptis Sabbathianis, Turcis, Hebræis,

Hebræis, cultoribus Idolorum, Ethnicis, & illis qui ignorant se baptizatos esse, & adulti in nostram Ecclesiam veniunt, primo,

In Fronte

Dum Orans Sacerdos dicit, ungitur Servus Dei, N. in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. & hoc fit (1.) ut in eorum fronte describatur nomen Christi, per quem Deus Pater secundum suam misericordiam, largiter Spiritum suum effundit 1), & in speculo tanquam repræsentetur gloria Dei, facie detecta 2): uti in Scriptura legitur: & videbunt faciem ejus & nomen ejus in fronte eorum 3): & inscribam iis nomen Dei mei, & nomen civitatis Dei mei id est novæ Jerusalem, quæ descendit e cœlo a Deo meo, & nomen meum novum 4), quod scriptum est, & nemo novit, nisi qui illud accepit 5); Et est Servus Dei qui obsignatus est in fronte sua 6). Sacerdotes autem tanquam Angeli Domini omnipotentis obsignant fideles, intraturos Regnum cœlorum 7), & (2.) ut inde ab illo tempore in hac vita & in altera, in æternum sint inscripti ac obsignati, describitur & imprimitur in fronte eorum nomen Christi per mysticam unctionem Spiritus sancti, ex qua quoque Christiani vocamur, utinam vero secundum nomen ambulemus! de infidelibus vero dictum est iisque præceptum, ne læderent gramen terræ, ne viride quicquam, neque ullam arborem: sed tantum homines qui non haberent signum Dei in frontibus suis 8), (3.) ut detur iis verbum sapientiæ & prudentiæ 9) & (4.) ut compleantur notitia voluntatis Dei in omni Sapientia & cogitatione spirituali, & secundum Spiritum hæc omnia operantem ambulent 10).

1) Tit. 3, 6.
2) 2. Cor. 3, 18.
3) Apoc. 22, 4.
4) Apoc. 3, 12.
5) Apoc. 2, 17.
6) Apoc. 7, 3. Ezech. 9, 4.
7) Mal. 2, 7.
8) Apoc. 9, 4.
9) Rom. 12, 2. 1. Cor. 1, 5. Col. 1, 9.
10) Eph. 1, 19. 20.

Postea unguntnr Aures,

Ut recte audiant divina mysteria & mandata Domini. Excitat mihi Dominus aurem ad audiendum, inquit Esaias 11), & qui aures habet audiendi, audiat 12).

11) Es. 50, 4.
12) Matth. 11, 5. Es. 35, 5.

Tum Nares,

Ut, divinam spiritualem accipientes Myrrham, dicant: spiritualiter bona fragrantia Christi sumus Deo: in iis qui servantur, & in iis qui pereunt: his quidem odor mortis ad mortem; illis vero odor vitæ ad vitam 13).

13) 2. Cor. 2, 15.

Deinde in pectore & corde,

Ut induentes thoracem justitiæ, resistant insidiis Diaboli 14) & secundum Apostoli Pauli dictum, in corda illorum Spiritus sanctus effundatur 15).

14) 1. Thess. 5, 8. Es. 59, 17. Eph. 6, 11. &c.
15) Rom. 5, 5. Gal. 6, 11.

Porro ad manus & humeros,

Ut capiant & tollant crucem passionis in patientia, & Christum imitentur, secundum illud: Si quis vult post me venire, abdicet semet ipsum, & adtollat crucem suam, ac sequatur me 16), jugum enim meum jucundum est, & onus meum leve 17); & ut Deus eos teneat dextera, dicens: Ego Deus tuus, tenens dexteram tuam 18), & hanc secundum normam loquitur quoque Propheta: confirmate manus remissas 19).

16) Matth. 16, 24. Es. 35, 3.
17) Matth. 11, 28-30.
18) Es. 41, 13. cap. 11. leg.
19) Es. 35, 3.

Inde ad lumbos,

Ut circumcincti gladio verbi veritatis Dei in Evangelio, recte scindant sermonem veritatis infallibilem, secundum dictum, state igitur lumbis circumcincti balteo veritatis 20).

20) Es. 11, 5. 2. Cor. 6, 7. Eph. 6, 14.

Denique Genua,

Ut erigant sive confirment remissa ac mortua genua, & ea

& ea inclinent coram Deo & Patre Domini nostri Jesu Christi, ut quærant auxilium ac remissionem peccatorum eorum, secundum hoc: Genua labantia confirmate 21), & omne genu se flectat cœlestium ac terrestrium 22).

21) Hebr. 12, 12. Es. 35, 3.
22) Phil. 2, 10. Es. 45, 23. 24. Rom. 14, 11.

Ultimo Pedes.

Ut calceamenta induant ad præparandos non solum se ipsos ad prædicationem fidei Christi, sed etiam ut prospiciant, quomodo accurate oporteat ambulare; nam præparatio Evangelii non solum prædicatio est, sed etiam bona opera, in quibus Deus animum attendit, secundum dictum ad præparationem cordis eorum attendit auris tua 23). Paulus quoque adhortatur: calceati pedibus estote ut parati sitis ad Evangelium pacis 24), & videte quomodo circumspecti ambuletis, non ut insipientes, sed sapientes 25), nam mentem Christi tenemus 26), ut ambulemus sicut dignum est vocatione nostra, qua vocati sumus 27), tanquam Filii lucis 28).

23) Ps. 10, 17.
24) Es. 52, 7. Luc. 1, 22. Eph. 6, 15.
25) Eph. 5, 15.
26) 1. Cor. 2, 16.
27) Eph. 5, 15.
28) Eph. 5, 8. 9.

§. 10.

Ex isto igitur Myrrho composito per verbum Dei & precationem sanctificatum, invocatione virtutis triunius Dei facta, (quæ invocatio solis Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis, & reliquis quoque Sacerdotibus administrantibus competit) fit oleum & unctio sancta: ut Deus Moysi dixit: facies oleum, unctionem sanctam, & erit oleum, unctio sancta. a)

a) Exod. 30, 23. ult. 1. Tim. 4, 5.

§. 11.

Ea propter quidquid ungimus, sive catechumenos, sive templum, sive vestes ecclesiasticas & similia, dicimus sanctificari, & ex eo tempore vocamus ea sancta & ad solum Dei & Ecclesiæ usum conservamus: Ut

in veteri testamento scriptum legimus: Eo unges tabernaculum fœderis, & arcam ipsam testimonii, mensamque illam cum omnibus instrumentis ejus, & Lychnuchum ac instrumenta ejus, & altare ipsum suffitus, altare quoque holocaustæ & omnia instrumenta ejus, labrum & scapum ejus, ut sanctifices illa, sintque res sancta sanctarum: & quid tetigerit illa, sanctum esto. b)

b) Exod. 30, 29.

§. 12.

Et si vero ibi in umbra non solum per unctionem sanctificabantur homines & cætera omnia quæcunque modo ungebantur, sed etiam, quicunque uncta tangebat, sanctus evasit; multo magis hic in veritate fidei Evangelii per unctionem Myrrhi, non solum obsignantur & sanctificantur mystice & spiritualiter homines illi qui unguntur, & accipiunt gratiam ac dona Spiritus sancti, sed etiam reliquæ res quæ ad usum ecclesiasticum destinantur ungendo sanctificantur adhibito verbo Dei & oratione.

§. 13.

Sanctificatio autem non ex virtute olei & aromatibus creditur, quod absit, ut & neque ex virtute aquæ baptismi ita creditur, sed propter absconditam & captu difficilem mysticam in iis operationem & vim facultatis magnipotentiæ Dei Patris, qui per Filium in Spiritu sancto, sanctificationem, adoptionem & gratiarum dona, abundanter ac copiose, omnibus donat ac adtribuit. Quod & manifestatur verbis illis, quibus ungendo utuntur, dicentes: Obsignatio donationum Spiritus sancti, Amen.

§. 14.

Itaque auctorem Myrrhi hominem non habet Ecclesia, sed ipsum Deum, qui in veteri testamento Moysi, ac

ac novæ ædificandæ Eccleſiæ ſuæ per Prophetam illud vaticinandi modo tradidit; unde legitime ſancti Patres, cum adhuc Eccleſia una fuit, auctoritate Scripturæ ducti, conſtituere ut fiat; & ea propter Eccleſia noſtra adhuc eum ritum tenet ac celebrat.

§. 15.

Hic igitur eſt ſecundus magnus ac præcipuus ritus, qui propter abſconditam, ineffabilemque ſpiritualem myſticam adoptionem & donorum ſpiritualium ac gratiarum ſpiritus donationem, vocatur Myſterium.

CAP. III.

De Sacra Cœna.


Τρεῖς οἱ μαρτ. Iῶ. ε'. 7.
Tres illi testantes. Joh 5.7.
Ad hujusmodi fundamenta Apost. Prophet. respicit Joh. unus ipse Jesus Christus Eph. C. 2. 20.
Ἐκκλ. ἐπίγνωθι σεαυ. πλὴν Ἀπορ. Ἀχρον. ἀντίτυπος Ep. κφ. β'. κ'.
Mater Ecclesia
Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ Υἱὸς Σωτήρ
ΙΗΣ ΧΡΣ ΘΥ ΥΣ ΣΩΤ
Ἐν τούτῳ νικᾷς. Ἐν τούτῳ σῶζῃ. In hoc vince. In hoc salvaberis.
IHSVS CHRISTVS DEI FILIVS SALVATOR
Ἐν τούτῳ νικᾷς. Ἐν τούτῳ σῶζῃ. In hoc vincis

pro nobis in cruce suspensum & fractum corpus, propriumque istum atque ex impolluto ejus latere effusum sanguinem & aquam, ipsius Jesu Christi, ad remissionem peccatorum, cujus etiam memoriæ causa vino modice aquam immiscemus; & quamvis vero hæc oculis hominum panis & vinum simplicia videntur, ideo tamen Mysterium appellatur, quia aliud oculorum sensu videmus, aliud mentis oculis credimus.

Chrysostomus in 1. Ep. ad Cor. c. 2. Hom. 7. Tom. II. scribit:

Mysterium adpellatur, quoniam id, quod credimus non intuemur: sed alia videmus, & alia credimus. Hæc mysteriorum nostrorum natura est; porro, non secundum visum judico ea quæ apparent, sed mentis oculis &c.

§. 2.

Nam ex voluntate Patris & cooperante sanctificante Spiritu sancto, & administratione ipsius Jesu Christi mystica, efficacique sacerdotali ejus virtute, qua, hominum propter salutem gratuito hanc divinam rem arcanam, per Sacerdotem operatur, Sacerdos benedicens pani atque vino, mystice & non comprehendendo modo, verum ac proprium ejus corpus, verumque ac proprium ejus sanguinem & sibi distributori, & cæteris accipientibus Christianis ut medium salutis exhibet. Sicut dicit Chrysostomus.

Chrysostomus de proditione Juda Hom. 32. Tom. 5.

Nunc præsto est ipse Christus, qui illam ornavit mensam, ipse istam quoque consecrat: non enim homo est, efficiens proposita, ut fiant corpus Christi & sanguis, sed ille qui crucifixus pro nobis est, Christus.

Sacer-

Sacerdotis ore verba proferuntur, sed Dei virtute & gratia consecrantur: Hic est, ait, corpus meum, hoc verbo proposita consecrantur: Et sicut illa vox, quæ dixit: crescite & multiplicamini & replete terram, semel quidem dicta est, sed omni tempore habet effectum, generationem operante natura: ita & vox illa semel quidem dicta est, sed per omnes mensas Ecclesiæ usque ad hodiernum diem, & usque ad ejus adventum præstat sacrificio firmitatem.

§. 3.

Hoc quoque confirmat Scriptura dicens: & accepto pane, quum gratias egisset seu benedixisset, fregit & dedit Apostolis dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & poculum, post cœnam dicens: hoc poculum est novum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis effunditur. a)

a) Luc. 22, 19.

§. 4.

Non credimus igitur panem & vinum, virtutem, potentiam, ac efficaciam, ut sint verum corpus & sanguis verus Christi, accipere ab homine Sacerdote, sed ex illa ineffabili ac incomprehensibili virtute, Triunius Dei, & mystica naturæque modum excedente in illis inhabitatione Spiritus sancti, est iste panis & vinum spiritualiter corpus & sanguis Christi, & ita loquitur etiam

Cyrillus Hyeros. in prima catechesi mystagogica nuper illuminatorum ex prima Petri catholica epistola Cap. I. 8.

Quemadmodum panis & vinum Evchariſtiæ, ante sacram invocationem adorandæ Trinitatis, panis erat

& vinum simpliciter; peracta vero invocatione, panis quidem fit corpus Christi, vinum autem sanguis Christi; ut per istum spiritualem & supernaturalem panem & vinum sanctissimi sui corporis & sanguinis, spiritualiter ei uniamur, quæ nobis exhibentur, ut alimentum cœleste, in pignus Regni, in remissionem peccatorum nostrorum, & in nostram cum eo communionem: Nam nos omnes secum esse unitos ardentissime cupit, ita, ut simus non solum quoad qualitatem unum, sed etiam quoad quantitatem, ut sit ille caput unionum totius corporis ex multis membris consistentis, & hoc æque sacra Scriptura ac Patres suis fulciunt testimoniis. Quemadmodum enim corpus unum est, & membra corporis unius multa, unum sunt corpus, sic & Christus 1), & ipse est caput Ecclesiæ 2).

1) Rom. 12, 5. 1. Cor. 12, 12. Eph. 4, 4.
2) Col. 1, 16-18.

Chrysostomus in prim. ad Cor. epistola c. 10. Hom. 24. Tom. 4. inquit:

Quid enim dico communicationem? Sumus ipsum illud corpus? Quid enim est panis? corpus Christi. Quid autem fiunt, qui accipiunt? corpus Christi: non multa corpora, sed unum corpus; nam quemadmodum panis ex multis granis unitur, ut grana non appareant, sed tamen adsunt, verum ignota ratione conjuncta; sic & invicem Christo conjungimur, non autem cum altero corpore tu, cum altero ille alitur, sed cum eodem omnes.

Cyprianus Lib. 3. de cœna dominicali.

Dominus panem de multorum granorum unione congestum, corpus suum appellat. Vinum adpellat suum sanguinem de botris expressum plurimis. Christus ipse de se dicit: Dico enim vobis, me non bibiturum ex fructu vitis, usque quo regnum Dei venerit 4).

3) Luc. 22, 18.

Johannes

Johannes Damaſcenus Libr. 4. de Orthodoxa fide. cap. 6.

Dixit in principio Deus, producat terra herbam virentem; & usque nunc pluvia cœlitus deſtillata producit germina, divino coadjuta & vigorata præcepto. Dixit Deus: hoc meum eſt corpus, & hic meus eſt ſanguis: & hoc facite in meam commemorationem: & omnipotenti ſuo mandato, donec venerit, efficitur: Sic enim dixit, donec veniat: & fit per invocationem, Spiritus ſancti obumbrans virtus, pluvia novæ huic agriculturæ. Nam quemadmodum omnia quæ fecit Deus, Spiritu ſancto operante, fecit, ſic & nunc per operationem Spiritus ſancti hæc ſupernaturali modo operatur; quod autem non, niſi per ſolam fidem poteſt capi aut intelligi.

Juſtinus Philoſophus & Martyr, in Apol. 2. ad Antoninum Imperatorem circa Seculum II.

Quemadmodum per Sermonem Dei incarnatus Jeſus Chriſtus Servator noſter eſt, & corpus & ſanguinem pro nobis habuit; ſic quoque per orationem Sermonis, factam benedicendo nutrimento, ex quibus ſanguis ac carnes, per mutationem nobis creſcunt, edocti ſumus, eſſe carnem & ſanguinem Jeſu, qui pro nobis incarnatus eſt.

Apoſtolus Andreas in primo Seculo.

Inmaculatum agnum ſingulis diebus Deo ſacrificio exhibeo; & infra: qui ſi vere immolatus ac a populo vere in cibum adſumtus, integer & vivus manet.

S. Ignatius eod. Seculo citatus a Theodoreto, Dialogo 3. in Epistola ad Smyrnenses.

Evchariſtias, & oblationes non admittunt, quod non confiteantur Evchariſtiam eſſe carnem Salvatoris, quæ pro peccatis noſtris paſſa eſt, quam Pater ſua benignitate ſuſcitavit.

Ambroſius de Sacramentis Lib. 5. Cap. 4.

Dixi vobis, quod ante verba Chriſti, quod offertur, panis dicatur, ubi vero Chriſti verba adhibita ſunt, ibi jam non amplius panis dicitur, ſed corpus adpellatur. Non iſte panis eſt qui vadit in corpus, ſed ille panis vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit.

§. 5.

Hac de re ita edocti ſumus ab æterno primo ipſo Doctore Jeſu Chriſto, qui dixit: accipite, edite, hoc eſt corpus meum pro vobis datum 1), & fractum 2): bibite omnes ex iſto poculo, novi teſtamenti, quod eſt ſanguis meus, qui effunditur pro vobis in remiſſionem peccatorum 3).

1) Luc. 22, 19. Marc. 14, 22.
2) 1 Cor. 11, 24.
3) Matth. 26, 27. 28. cap. 20, 22. Rom. 5, 15. 1. Cor. 11, 25.

§. 6.

Evangeliſtæ hanc quoque rem confirmant dicentes: Et edentibus illis, ſumto Jeſus pane, cum benedixiſſet, fregit ac dedit illis, ac dixit: Sumite, comedite, hoc eſt corpus meum. Et accepto poculo, quum gratis egiſſet, dedit illis; & biberunt ex illo omnes & dixit illis: Hic eſt ſanguis meus novi teſtamenti, qui pro multis effunditur 1). Qui edit carnem meam, & bibit ſanguinem meum, habet vitam æternam, & ego ſuſcitabo eum noviſſimo die. Caro enim mea eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Hic eſt panis ille, qui de cœlo

1) Marc. 14, 12-25.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0132
DFG

cœlo descendit; non sicut comederunt Patres vestri Manna, & mortui sunt. Qui ederit hunc panem, vivet in æternum, nam qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo 2). Ex adductis clarissime patet, omne in fide situm esse, ut edat panem & credat corpus, ut bibat vinum & credat sanguinem. Nam fides est substantia sperandarum rerum, quæ hæc firmiter credens accipit: Sicut enim quisque credit, ita ipsi fit. Nam Spiritus est qui vivificat, caro nequidquam prodest 3). Paulus ita scribit: Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis, Dominum Jesum videlicet, ea nocte, qua proditus est, accepisse panem; & gratiis actis (quod significationem habet sanctificationis) fregisse ac dixisse: accipite, edite: hoc meum est corpus, quod pro vobis frangitur: hoc facite ad mei cõmemorationem. Itidem & poculum, postquam cœnasset, dicendo: Hoc poculum est novum illud testamentum, per meum sanguinem: hoc facite, quotiescunque biberitis ad mei cõmemorationem. Quotiescunque enim ederitis panem hunc, & ex poculo hoc biberitis, mortem Domini annunciatis, usquequo venerit 4).

2) vid. Chrys. hom. 23. Tom. XI. ad. 1. Corinth.

3) Joh. 6, 63. & Chrys. in loc. cit. ad. 1. Corinth.

4) 1. Cor. 11, 23, &c.

§. 7.

Hic igitur panis fermentatus, quem comedimus, & vinum vineæ, quod bibimus, non sunt amplius post benedictionem communis panis & commune vinum, licet hominibus communia esse videantur: sanctificantur enim per verbum Dei & orationem 1). Ego sum sanctificans, dixit Dominus 2), & benedicuntur per Sacerdotem, invocatione Triunius Dei facta: benedixit, fregit, dixit Evangelista 3); (quæ benedictio sanctificationis significationem demonstrat.) Ego sum sanctificans, dixit Dominus 4), & quamvis hominum oculis communia esse videantur: Illud enim quod visibile vi-

1) 1. Tim. 4, 5.
2) Lev. 20, 8. cap. 21, 15. Hebr. 2, 11.
3) Marc. 14, 22.
4) Hebr. 2, 11.

demus, non credimus in ſpiritualibus myſteriis, ſeu ſacramentis, nam ea non eſt fidei indoles; ſed credimus intellectualiter, oculis mentis, illud, quod non videmus 5), & hæc eſt fides noſtra ſalvifica, fides quæ vicit mundum 6), ex qua beatificatio Chriſti quoque oritur: beati ergo, qui non viderunt, & tamen crediderunt 7): Aliud itaque videmus, & aliud credimus, videmus panem & vinum, & credimus nequaquam dubitantes, eſſe realiter proprium verum corpus & ſanguinem ipſius Chriſti: Hic enim dixit: eſt corpus meum, eſt ſanguis meus 8): Et corpus meum verus cibus eſt, & ſanguis meus verus potus eſt, qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo: & panis quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego daturus ſum pro vita mundi.

5) Hebr. 11, 4.
6) 1 Joh. 5, 4.
7) Joh. 20, 29.
8) Luc. 22, 19.

§. 8.

Quoniam igitur iis non dedit, ſed dixit, ſe illis olim daturum eſſe panem viſibilem & vinum, ipſumque panem & vinum accedente benedictione myſtice futura eſſe, ipſam carnem & ſanguinem, ex impolluto ejus latere effuſum: ita enim loquitur: Amen, Amen, dico vobis, niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, (fide) non habebitis fidem in vobis 1), & quoniam dixit, panem cui benedicturus ac Apoſtolis adtributurus erat, in illa myſtica cœna, eſſe myſtice ac ſacramentaliter proprium ejus corpus, quod dare oportuit pro vita totius mundi: Ideo etiam orientalis noſtra Chriſti ſancta catholica Græcorum chriſtianorum Eccleſia, ac reliquæ Nationes, quæ eam amplectuntur, hoc credunt, non perſcrutantur, arcanum, ſupernaturalem, & omnem mentis humanæ captum longe excedentem modum, ſacramentalis & inexplicabilis commutativæ unionis.

1) Joh. 6, 51-53.

Aureæ

Aureæ linguæ Chryſoſtomus ad 1. Cor. cap. 10. Hom. 20. Tom. 2. ſcribit:

Sicut enim corpus illud ſeu panis jungitur Chriſto, ſic etiam nos per panem huic unimur, & eundem ſecundum tenorem.

Theophilactus Archiepiſcopus Bulgariæ hunc imitans dixit:

§. 9.

Hunc igitur benedictum panem & vinum, quæ nobis exhibentur in recordationem mortis Domini noſtri Jeſu Chriſti, myſtice, non amplius eſſe panem & vinum, ut appareant, guſtusque ea demonſtrat ac probat. Non enim philoſophico & phyſico modo quærimus aut ſcrutamur, ut intelligamus & addiſcamus myſticam ſupernaturalemque mutativam unionem in hoc myſterio; neque curamus quorundam naturali tantummodo lumine, & hoc ne recte quidem utentium, argumenta, dicentes, quorum eſſentia transmutatur, horum neceſſario ſequuntur accidentia, ſeu ſpecies, ut nonnulli rectius appellari putant: talis enim doctrina non eſt ſpiritualis & ſupernaturalis, ſed magis phyſica atque humana 2). Nos vero in myſteriis fidei in Deum, non philoſophicis & phyſicis verbis in argumentum coarctatis, perſvademur; hic enim non eſt ſcopus fidei noſtræ. Quare & Paulus Corinthiis ſuis dicebat: Non eruditis ſermonibus, ſeu dicendi peritia 3). Quare? quia nihili Deus fecit ſapientiam mundi hujus, & abolevit ſapientiam, & intelligentiam intelligentium rejecit 4). Quam ob rem; Fratres inquit, non cum ſapientia carnali veni ad vos, annuntians vobis teſtimonium Dei: & ſermo meus & prædicatio mea non arat in perſvaſoriis humanæ ſapientiæ verbis 5), nec ſapientia carnali, neque arte compoſitas

2) 1. Cor. 2, 4.

3) 1. Cor. 1, 17. cap. 2, 4.

4) 1. Cor. 1, 19.

5) 1. Cor. 2, 1. cap. 1, 12.

positas fabulas sequuti, notam vobis fecimus Domini
6) 2. Petr. 1, 16. nostri Jesu Christi potentiam & adventum 6): Nam
vani facti sunt in ratiocinationibus suis, & obtenebra-
tum est cor eorum intelligentia carens: quum se dicti-
7) Rom. 1, 21. tent sapientes, stulti facti sunt 7): Propter eorum men-
8) Eph. 4, 18. tem tenebris obscuratam 8): Non agnoverunt neque
intellexerunt mysteria Dei. Animalis enim homo non
est capax eorum quæ sunt Spiritus Dei: Sunt enim ei
stultitia, nec potest cognoscere, quia spiritualiter iju-
9) 1. Cor. 2, 14. 15. dicantur. At Spiritualis dijudicat omnia 9), sed in vir-
10) 1. Cor. 1. lege. tute Spiritus Dei 10), spiritualiter & supernaturali mo-
do, spe, amore & fide. Ut ipse Dominus noster dixit:
credite & erit vobis. Quare licet, accidentia seu spe-
cies in eorum natura permanentes, videamus, hoc ta-
men non obstante verum corpus & verum Christi san-
guinem esse, dicimus; eadem ratione ut & in Christo
divinam & humanam esse naturam credimus; & inde
Paulus dicit: quæ etiam loquimur, non sermonibus,
quos docet humana sapientia, sed quos docet Spiritus
sanctus, spiritualia cum iis, quæ sunt spiritualia, confe-
11) 1. Cor. 2, 13. rentes 11). Ne fides vestra consistat in sapientia ho-
minum, sed in potentia Dei. Sapientiam vero loqui-
mur inter adultos: sapientiam autem non seculi hu-
jus; neque principum seculi hujus qui abolentur. Sed
loquimur sapientiam Dei latentem in mysterio, id est,
occultam illam quam præfinierat Deus ante secula ad
12) 1. Cor. 2, 6. 7. gloriam nostram 12). Et gloriatio nostra hæc est, te-
stimonium videlicet conscientiæ nostræ, quod cum sim-
13) 2. Cor. 1, 12. plicitate & sinceritate Dei, inter vos versati sumus 13),
& Deus Jehova cognoscit hominum cogitationes, esse
4) 1. Cor. 3, 19. Ps. 94, 11. vanitatem ipsam 14).

§. 10.

Credit itaque nostra Ecclesia, hunc terrestrem panem

panem & vinum, divina virtute, modo sacramentali, Spirituque per invocationem inhabitante, esse cœlestem illum panem & vinum, quæ cœlitus venere, Deumque & homines lætificant 1); proprium videlicet corpus Christi, quod sua voluntate pro mundi vita datum, cruci adfixum, & indivise fractum est, uti Scriptura dicit, os ei non conteratur 2): & illum proprium sanguinem, qui ad crucem cum penderet, hominum ob salutem, ex impolluto sancto ejus latere, effusus est. Quapropter nequaquam hæsitantes, rationes & philosophicos terminos, ad intelligendum ac addiscendum supernaturalem ineffabilis mysterii inexplicabilem modum, scrutamur; quin spiritualiter credentes intelligamus 3).

1) Jud. 9, 15.
2) Joh. 19, 36.
3) Es. 29, 15. sec. græc.

§. 11.

Credite, dixit Dominus, vos accepturos, & erit vobis 1), & Apostolus Jacobus: postulate cum fiducia nihil hæsitantes, & dabitur vobis 2). Et quare fiduciam non adhiberemus Domino dicenti: Omnia quæcunque petieritis precando, si credideritis, accipietis 3), & quidquid petieritis in meo nomine, hoc faciam, ut glorificetur Pater per Filium 4), & iterum: Amen, Amen dico vocis, quæcunque petieritis a Patre meo in meo nomine, dabitur vobis 5). Nam ego in Patre & Pater in me est; Spiritus vero est operans, & sanctificans omnia, ut etiam per hanc cœnam unum in uno omnes simus. Et si Patres hominum noscunt bona dare dona Filiis suis, multo magis cœlestis omnium Pater noscit bona dare petentibus ab eo, quæ ad salutem ducunt.

1) Marc. 11, 24.
2) Jac. 1, 6.
3) Matth. 21, 22. Marc. 11, 24.
4) Joh. 14, 13.
5) Joh. 16, 23.

§. 12.

In spiritualibus igitur mysteriis non humanis

verbis & argumentis rationi tantummodo innixis philoſophamur, ſed ſupernaturali & ſpirituali loquendi ratione utimur, neque quæ captum noſtrum ſupervadunt, ſcire ac ratione comprehendere cupimus. Sicut Eccleſiaſtes admonendo omnes homines docet, inquiens: Difficiliora captu tuo ne quæras temere, & valentiora viribus tuis ne exquiras inſipienter, quæ mandata ſunt tibi, hæc ſancte cogita: Non enim opus eſt tibi ut occulta intuearis oculis, ut redundantes ſint ſermones tui ne curioſe laborato a). Similia his plurimi ex ſapientiſſimis una cum doctiſſimo Nicolao Methonenſium Epiſcopo admonendo dicunt: Quis tam audax eſt, quis tam perfrictæ frontis, ut doctrinæ huic, novam objicere opinionem, & myſterium nihili facere ac abrogare, & ita Deum docentem & conſtituentem, ſpernere audeat? Et cum ille, Apoſtolo teſtante, qui in legem Moyſis impingeret, duorum vel trium teſtimoniis adhibitis ſine ulla miſericordia morti tradebatur; quanto igitur majori ſupplicio eſt dignus, qui Filium Dei pedibus calcat, & ſanguinem novi Teſtamenti pro nihilo habet, ſpiritumque gratiæ calumniis afficit. Sed quis eſt, qui peſſum dat Filium Dei, & cæterorum criminum reus? manifeſte ille, qui corpus ejus ingratus rejicit & non agnoſcit, ſpernens infallibilem doctrinam oris ejus ac mandatum dicentis: Hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus; & niſi ederitis carnem Filii hominis, & biberitis ejus ſangninem, non habebitis vitam in vobis. Quid de ipſius effato fallere neſcio dubitas? quare omnipotentem limitibus impoſſibilitatis adſtringis? Nonne ipſe eſt qui ex nihilo omnium ſubſtantiam produxit, & unus a tribus perſonis Deitatis ultimis temporibus homo natus eſt, & qui panem in ſuum corpus mutari dixit? Quid ergo quæris poſſibili-

a) Syr. 3, 22.

sibilitatem, modum & rationem mutationis panis in corpus Christi, & aquæ & vini in sanguinem? Nonne ipse quoque supernaturali omnemque captum mentis humanæ & rationem longe excedentem modo, a virgine natus est? Hanc ergo circa doctrinam dubia injiciendi potestas si esset permissa, circa quoque resurrectionem a mortuis incredulus existeres, nec minus adscensionem Christi in cœlis, reliquaque ejus prodigia, rationem & captum humanæ mentis longe plurime excedentia, in dubium revocares: Tum vero, nec Christum Deum verum & Filium Dei confiteris, & sic non Christianismo, sed potius Judaismo & Arrianismo indulges: Sed forsan iterum dubitas, pergit dictus Nicolaus, & incredulum esse perseveras, quoniam non vides corpus & sanguinem sed panem & vinum; Scire autem Te oportet, ingrate judicandique beneficio destitute homo, quod omniscius Deus, nomine amantissimi existens, bono consilio ac optime hoc ita ac œconomice effeciſſe, humanæ nempe infirmitati indulgens, ne plurimi, corpus & sanguinem videndo abhorrentes, a pignore vitæ æternæ averterentur. Idcirco ad humanæ naturæ indolem respectum habens, Deitatem suam modo non videndo speciebus visui obnoxiis jungere voluit, dicens: Hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus, accipite, edite, & bibite ex illo omnes, in remissionem peccatorum, & iterum, panis, quem ego vobis sum daturus caro mea est, quam dabo propter vitam mundi; & nisi ederitis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam æternam in vobis, & hoc facite in mei commemorationem. Ea propter huic credentes offerimus panem perfectum, viventem, hoc est, corpus Christi integrum, quod passione consummata permansit integrum, cuique nullum os

confractum, quodque a divina vita inseparabile est, tale, quale ipse primus noster & summus Pontifex immolavit, discipulisque suis hostia tradidit. Hi vero, qui ab initio, fuerant oculati contemplatores & auditores Sermonis & ministri, universæ catholicæ Ecclesiæ hoc tradiderunt: & inter alias quoque Ecclesiæ Hierosolymitanæ, ubi & divus Jacobus, frater primi ac summi Pontificis & Successor in Episcopatu Hierosolymitano, de mystica & incruenta celebratione scripsit: Petrus vero & Paulus Antiochiæ, & Paulus quidem ubique terrarum, Marcus autem Alexandriæ, Johannes & Andreas in Asia ac Europa, & omnes, cunctis Ecclesiis, hunc ritum a sacro Clemente conscriptum, tradiderunt. Quod plurimorum historicorum, qui fide haud indigni, testimonio corroboratur.

§. 13.

Apostolos credidisse panem & vinum fieri, invocatione peracta, corpus & sanguis Christi, satis dilucide ex propriis eorum ministratoriis orationibus. Uti etiam de transmutatione inter alias patet ex hac ejus precatione.

Oratio divi Jacobi.

Miserere nostri Deus omnipotens! miserere nostri Deus Servator noster, misere nostri Deus! secundum misericordiam tuam, mitte super nos, & proposita hæc dona, Spiritum tuum sanctissimum, Dominum & vivificantem, Throno tuo tecum una insedentem, Deo Te Patre, & unigenito tuo Filio conregnantem, coessentialem & æque æternum, qui locutus est in lege & Prophetis, & in novo tuo testamento, qui descendit in forma columbæ super Dominum Jesum Christum ad flumen Jordani, in eoque permansit. Qui descendit in forma

forma ignearum linguarum, ſupra Apoſtolos in die Pentecoſtes, cum unanimiter in cœnaculo ſanctæ & glorioſæ Sion congregati eſſent. Hunc Spiritum tuum ſanctiſſimum mitte Domine ſuper nos, & ſuper propoſita ſancta hæc dona, ut inhabitans ſancta & glorioſa præſentia ſua ſanctificet, & perficiat panem hunc, corpus ſanctum Chriſti tui.

Populus intonat: Amen.

Et calicem hunc, ſanguinem pretioſum Chriſti tui.

Populus intonat: Amen.

Ut ſit omnibus qui ab iſtis ſumunt, in remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam &c.

Marci Evangeliſtæ Oratio:

Tibi Domine Deus noſter tua ex tuis donis propoſuimus in conſpectum tuum & oramus & precamur te, hominum amantiſſime & benigne, mitte ex alto ſancto ſuo, a parato tibi tabernaculo tuo, & indefinito ſinu tuo, iſtum conſolatorem Spiritum veritatis, ſanctum Dominum, vivificantem, qui in lege Prophetis ac Apoſtolis locutus eſt; qui ubique præſens eſt, & omnia implet & operatur liberrime & non ut ſervus, in quibus placet, ſanctificationem, pro tuo beneplacito, qui ſimplicis naturæ eſt, & operatione plenus & fons divinorum tuorum, qui Tecum conſubſtantialis eſt; qui a Te procedit, qui inſedit Tecum Throno Regni tui, & unigeniti tui filii Domini Dei & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, hunc mitte deſuper in nos, & ſuper panem hunc & hunc calicem, ut ſanctificet hæc & perficiat ut omnipotens Deus, & efficiat panem hunc corpus: calicem vero ſanguinem novi Teſtamenti Domini ejus, Dei & Servatoris & Regis noſtri Jeſu Chriſti, ut fiant talia omnibus his nobis, qui fide ab his ſumunt &c.

Ex Oratione Sancti Clementis Apostoli:

Offerimus Tibi Regi & Deo, secundum ordinationem Filii tui panem hunc & calicem, gratias tibi agentes per istum, quod dignos nos feceris stare in conspectu Tuo, & sacris Tibi fungi, rogamus Te, ut benigne respicias in hæc dona conspectui Tuo proposita, Tu qui es nullius rei indigens Deus, & beneplacitum habes in illis, propter hominem Christi Tui, & mittas sanctum tuum Spiritum super hostiam hanc, testem passionum Jesu Domini, ut efficiat panem hunc corpus Christi tui, & calicem hunc, sanguinem Christi tui; ut qui ejus participes fiunt, confirmentur in pietatem & remissionem peccatorum &c.

Vestigia horum sequentes quoque Patres, & inter alios Magnus Basilius breviter describens Jacobi Ministerium publicum, in sua Oratione dicit:

Confidentes appropinquamus sacro tuo altari & adhibentes, quæ similitudinem habent sancti corporis & sanguinis Christi tui, Te oramus & rogamus Sancte Sanctorum, ut pro voluntate bonitatis tuæ veniat sanctus Spiritus tuus in nos, & supra præposita hæc dona, & sanctificet efficiatque panem hunc pretiosum illud corpus Domini Dei ac salvatoris nostri Jesu Christi.

Diaconus respondet: Amen.

Calicem vero hunc, pretiosum illum sanguinem Domini & Dei & Servatoris nostri Jesu Christi.

Diaconus respondet: Amen.

effusum propter vitam mundi,

Diaconus respondet: Amen.

Transmuta per Spiritum sanctum tuum.

Diaconus tribus vicibus respondet: Amen.

Porro

Porro Sacerdos orans dicit: Nos vero omnes participes unius panis & calicis unius, uniat invicem communione unius Spiritus sancti, & nemini ex nobis, in judicium aut in condemnationem permittat esse communicationem sancti corporis & sanguinis Christi sui; sed ut obtineamus misericordiam & gratiam cum omnibus sanctis &c.

§. 14.

Sanctus Amphilochius scribit, se administrante M. Basilio claris oculis vidisse inhabitationem Spiritus sancti, descendentis super dona proposita; idem & eruditissimus Moschus pio quodam Episcopo administrante, in cap. 150. & 27. scribit: Sanctus Proclus idem de Apostolis narrat; nec non multi alii. Summæ eloquentiæ vir Johannes Chrysostomus, breviter, in commodum populi, publicum ministerium M. Basilii, describens dicit in sua oratione: Etiam offerimus Tibi rationale & incruentum hoc obsequium, & rogamus, precamur & supplicamur, mitte Spiritum sanctum tuum super nos & super dona hæc &c. fac panem hunc pretiosum corpus Christi tui.

Diaconus respondet: Amen.

& quod in calice est pretiosum sanguinem Christi tui.

Diaconus respondet: Amen.

Transmuta per Spiritum sanctum tuum.

Diaconus respondet Ter: Amen.

Utque fiat participantibus in sobrietatem animæ, in remissionem peccatorum, in unionem Spiritus sancti, in regni cœlorum plenitudinem, in fiduciam in Te, non in judicium aut condemnationem.

Has publicas administrationes tota Ecclesia ab initio ut veras adsumsit.

§. 15.

§. 15.

Hunc panem Psalmographus Rex a Deo edoctus prævidens (ut multi hoc dictum intelligere volunt) dixit: Panis cor hominis confirmat a); in cibum videlicet adsumtus hic panis, tanquam alimentum terrestre atque physicum, corpori hominis ad salubriter vivendum, alimentum præbet; comestus autem fide & mystice, secundum intelligentiam spiritualem erit ille ipse cœlestis verus panis, qui cœlitus descendit, & quem daturus erat Servator Apostolis, & qui est caro ejus, quam dedit propter vitam mundi.

a) Ps. 4, 7. 8. Ps. 104, 15.

§. 16.

Cujus particeps factus homo, corde & anima spiritualiter confirmatur in fide Christi, & intellectui incomprehensibili & supernaturali, mystica ac salutari vescitur esca, cœlestis, æternæ ac veræ vitæ Auctore.

§. 17.

Et vinum terrestre, sicuti naturalem hominis vitam conservat, ita quoque si in fide spiritualiter ac mystice secundum Davidis dictum: accipiam poculum salutis b), ex illo salutari calice haustum, est ille ipse verus sanguis, qui effusus est ex latere ipsius Christi, propter peccatorum remissionem, & est supernaturalis ille ac verus animarum Salutis Auctor.

b) Ps. 116, 13.

§. 18.

Hic spiritualis liquor præstantissimus, animam in divinis inebriat 1), & adeo dignam reddit communione mystica invisibilis illius spiritualis cibi & potus, & mensæ

1) Ps. 23, 5.

& mensæ salutaris, ante conditum mundum præparatæ 2), ut David hoc indicat dicens: Parasti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me 3): Deus scil. præparavit mystice spiritualem mensam, adversus illam Idolorum dæmonicam tabulam 4), quæ parabatur sanguine hircorum & taurorum 5), quam abhorrens dicit 6): Sacrificia & oblationes, quæ fiunt ab hominibus, odio habes; loco illorum præparavisti mihi corpus meum in holocaustum seu in sacrificium, & quia illa sacrificia hominum propter eorum redemptionem, liberationem & remissionem non expetivisti, ecce venio, ut sacrificer ego, ut faciam voluntatem tuam 7), & ut fiam omnibus mystica tabula, ut comedens & bibens ex ista immortali, cœlesti & mystica tabula, pane nempe & vino cœlitus quod descendit, digne spiritualiterque vivat 8). Nam sicuti virtus olei & facultas hominis exhilarat faciem, & plagas & vulnera repurgat, ita quoque repurgat & abluit animæ faciem, misericordia atque clementia Dei, per communionem & participationem corporis & sanguinis Filii sui, & eam clariorem reddit: eaque ab illius in peccatis sibi contracta fœdatione, gratis gratia Dei revertitur ad lætitiam, gaudium & delectationem. Idcirco & Salomon quoque ænigmatice in Ecclesiaste dixit: Agedum comede cum lætitia cibum tuum 9), videlicet, comede in lætitia propter remissionem, mysticum hunc & spiritualem panem tuum 10), qui præparatus tibi est ante mundum conditum 11), & bibe hilari animo vinum tuum, scil. bibe dignus & in fide, pura in conscientia, spirituale, mysticum & salutare hoc vinum, quoniam Deo placent opera tua. Vinum enim delectat Deum & homines, ut loquitur Spiritus sanctus 12). Et sanctus

2) Luc. 22, 30.
3) Ps. 23, 5.
4) 1. Cor. 10, 21.
5) Devt. 32, 21. Hebr. 9. leg.
6) Es. 1, 11. Amos 5, 21.
7) Ps. 40, 6. 7. Jer. 29, 12. Hebr. 10, 7, 12.
8) 1. Cor. 11, 27-29. Apoc. 3, 2. 3.
9) Eccles. 9, 7.
10) Matth. 6, 11.
11) Apoc. 13, 8.
12) Jud. 9, 13.

N

ctus Hieronymus: Vinum Dei & lætitia novi Testamenti magnum est poculum.

§. 19.

Jam vero placent Deo per victimam Filii sui opera & spiritualia sacrificia tua, quæ fiunt animo fracto & corde contrito, quæ amplius non ut pristina adversatur Deus, sed antequam homo clamabit præsens erit 1), & quidem ob factam communionem corporis & sanguinis Filii sui, cum eo 2). Ita quoque trecentorum decem & octo congregatorum Niceæ sanctorum Patrum chorus iisdem dictis sanxit, pariter ac reliqua quoque concilia Ecclesiastica.

1) Es. 65, 24.

2) Hebr. 3, 14. Joh. 6, 58.

Descriptio sancti corporis & sanguinis, Patrum Niceæ congregatorum.

Fide intelligimus, super sacro illo altari, jacere agnum Dei, qui tulit peccata mundi.

Idem & reliqua concilia confirmant, inter quæ septimum ita loquitur 3).

3) Synod. 7, Act. 6. Tom. 3.

Post sanctificationem proprie corpus & sanguis dicuntur, sunt & creduntur.

Sancti Cypriani descriptio:

Ante consecrationis verba, cibus ille communis, ac tantummodo ad nutriendum corpus idoneus erat: Sed ex quo a Domino dictum est; hoc facite in mei commemorationem: hæc est caro mea, & hic est sanguis meus, panis ille supernaturalis, & calix benedictione solemni sacratus totius hominis vitam salutemque perficit.

§. 20.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0146
DFG

§. 20.

Apoſtoli oculorum obtutu videbant panem & vinum ipſis adtribuere communem, panem & vinum nempe in propriis ſpeciebus, ſed aliud videbant ſenſualiter & aliud credebant intellectualiter. Credebant dicta Domini vera eſſe, ut ipſe veritas eſt 1), ſicut etiam nullus inveniebatur dolus in eo 2); & habebant fidem Deo, quam ab ipſo impetrarant 3) non dubii animi, aut hæſitantes, quare & ipſis factum eſt, uti crediderunt 4).

1) Joh. 14, 6.
2) Joh. 7, 18. cap. 8, 48-51.
3) Joh. 14, 1.
4) Marc. 11, 20-24.

§. 21.

Qui credit in me, dixit illis (Chriſtus) non credit in me, ſed in eum, qui me miſit 1): & credenti omnia ſunt poſſibilia 2); Hæc & plura alia Apoſtoli audientes non dubitabant, ſed omnia, quæcunque modo Chriſtus iis dicebat, vera eſſe credebant.

1) Joh. 12, 44.
2) Marc. 9, 23.

§. 22.

Ita ne illo quidem tempore, quando iis viſibilem panem & vinum, corporeus ipſe præſens illis adhuc apparens, pro ſuo vero corpore & ſanguine dedit, dubitabant, quin poſſet hoc facere, ſicuti nec tempore nuptiarum aquam in vinum convertere, factu impoſſibile fuit. a)

a) Joh. 2, ſeq.

§. 23.

Dante igitur illo panem & vinum, & illis adſumentibus proprium ejus corpus & ſanguinem propter homines paſſurum, & effundendum in cruce, videbant & adſumebant viſibilem panem & vinum, non interrogantes de poſſibilitate hujus myſterii: intellectus autem oculis videbant intellectualiter ac credebant, ſe co-

medere & bibere glorificatum corpus & sanguinem ejusdem Domini spiritualiter, uti & antea dicebant: Verba vitæ æternæ habes 1): Ut permaneant in eo, & ille in iis 2).

1) Joh. 6, 68.
2) Joh. 6, 56.

§. 24.

Et hic erat ille panis, quem dare ipsis promisit, quando dixit: Panis, quem ego dabo (vobis scil.) est caro mea, quam dabo propter vitam mundi. Hoc verbum audientes, multi ex discipulis timidi, carnales, qui secundum carnem & non secundum Spiritum intelligebant, propter incredulitatem, quia non ceperant hunc sermonem, nec sermo hic in iis locum habebat 1) offensi discesserunt 2): Unde illis dicebat: Hoccine vos offendit? quod dixi, Panem, quem ego vobis daturus sum in cœna, fore corpus meum, & vinum, sanguis meus, qui effunditur, redarguensque eorum incredulitatem dixit: Quid si videritis Filium hominis adscendentem eo, ubi erat prius, & tunc offendimini? Quoniam vos carnales estis, verba mea carnaliter, scil. secundum carnem, & non secundum Spiritum intelligitis 3). Spiritus vero est qui vivificat, caro non prodest quicquam (non quod sit caro Christi in se inutilis, quod absit, sed propter carnalium carnalem intelligentiam) verba quæ ego loquor vobis, spiritus & vita sunt, qui credit ea, credit & me verum esse, carnalis autem ac non credens, quando audit hæc, propter incredulitatem offenditur, & talis non est ex Deo 4); quia injuria afficit Deum, & mendacii reum filium suum arguit 5): Justus vero & credens vivet ex fide, & fides est substantia rerum sperendarum, & manifestatio rerum invisibilium, sive futurarum, sive præsentium, intellectus, minime vero corporis oculis apparentium 6).

1) Joh. 8, 27.
2) Joh. 6, 66.
3) Rom. 8, 5.
4) Joh. 8, 47.
5) 1. Joh. 1, 10. c. 2, 23. c. 5, 10.
6) Gal. 2, 20. Matth. 4, 4. Hebr. 10, 38.

§. 25.

§. 25.

Hoc itaque modo credentes Apoſtoli, admonebant quoque reliquos fideles, dicentes: quicunque manducaverit panem hunc, & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini; ideo quemque hominem ſemet ipſum judicare & perſcrutari oportet, num fidem habeat verbis Chriſti in pura conſcientia; Nam ſi vere credit, Domini verba eſſe vera, & vere credit ſe ſecundum Domini verba, corpus & ſanguinem ſuum accipere; credit enim eum verum eſſe, & verba ejus eſſe ſincera atque pura; credenti autem, ita ut credit, fit. a)

a) Pſ. 12, 7.

§. 26.

Idcirco impuro corde nemo audeat appropinquare, & priusquam bene examinaverit conſcientiam ſuam. Si quis autem in animæ ſuæ conditionem non diligenter inquirat, manifeſtum eſt, eum ſpernere verba Domini; non enim revertit timens ac venerans Deum, neque perpendens, timorem Dei eſſe Sapientiæ initium, ut Proverbiaſtes loquitur 1). Qui credit, & veneratur eum, timetque condemnationem hujus & futuri Seculi: Et qui timet, conſiderat corpus & ſanguinem Domini, ſeque ipſum explorat, & reſipiſcit, ut digne comedat ab illo pane cœleſti & terreno, & bibat ex calice illo ſalutari; Nam quisquis ederit & biberit indigne, edit & bibit ſibi ipſi damnationem, non diſcernens corpus Domini, ideo & multi infirmi & valetudinarii inter vos ſunt, & multi qui dormiunt 2). Hanc ob cauſam Sacerdos reverſus ad Populum, tenens Calicem in quo ſunt benedictus panis & vinum, alta voce ad ſacram communionem illos advocat, dicens: cum timore & fide, & amore Dei accedite, ut comedatis, ſcil. & bibatis cœleſtem panem & vinum.

1) Prov. 9, 10.

2) 1. Cor. 11, 30.

Ejusdem quoque tenoris verba, acutissimi ingenii Sacer noster Pater Augustinus ad suos fratres fecit, inquiens:

Hodie visibilem cibum accipimus, sed aliud est sacramentum, & alia virtus Sacramenti. Videte ergo Fratres, & panem cœlestem spiritualiter manducate.

§. 27.

Hinc & nos aliud videntes, & aliud credentes, simplici, puro & indubitato corde confitemur, prædicantes & persuadentes confirmamus, una cum Nazianzeno 1) omnem hominem, dicentes:

1) In Orat. quadrag. secunda in Pasch.

Hæc lex, quæ in viam iterum te reducit, baculum tibi præbet, cui innixus firmiter stare potes, ne animo titubes, dum sanguinem Dei, mortem ac passiones annuntiari audis, & Dei amicus atque defensor videri cupiens, ne impie corruas; quin potius sine pudore ac hæsitatione corpus ede, sanguinemque ejus bibe, si alias vitæ desiderio teneris; nec verba carnis mentionem ingerentia Te offendere pati; ne fidem abroges: innixus sta, firmus & stabilis, ita comparatus, ut adversariorum insultus minime te moveant, nec verborum lepore atque illecebris abripiaris.

Deinde vero.

Præparatione peracta in seria pœnitentia & confessione, quum jam eo ventum est, ut adeamus ad sacram cœnam, ardente ac flagrante fide sequentia apud nosmet ipsos confitemur verba: Credo Domine & confiteor, quod tu sis verus Christus, Filius Dei viventis, qui venisti in mundum, ad salvandos peccatores, quorum præcipuus ego sum. Credo etiam, hoc esse illud ipsum pretiosissimum sanguinem tuum. Precor igitur Te, miserere

miſerere mei, & remitte mihi delicta mea, tam voluntaria, quam involuntaria, & ſermone & factis perpetrata, cognita & incognita; & me dignum redde, ut absque condemnatione myſterii tui illibati particeps fiam, in remiſſionem peccatorum & vitam æternam. Amen!

Et unusquisque accedens ſacram cœnam ſibi ipſi loquitur ſequentia: Ecce accedo ad communionem divinam, tu Creator ne me comburas, ob commiſtionem tuæ ſubſtantiæ:

Ignis enim es, indignos comburens.
Sed purga me ab omni macula.

& porro:

Fili Dei ſuſcipe me hodie cœnæ tuæ myſticæ hodie participem. Non enim inimicis tuis myſterium dicam, nec oſculum tibi dabo, ut Judas; ſed ut Latro tibi confiteor: memento mei, in regno tuo.

& adhuc verſus ſequentes.

Horre homo, dum vides ſanguinem divinæ operationis.

Carbo enim eſt, indignos comburens.
Dei corpus me conſervat & alit,
Conſervat Spiritum & mentem paſcit.

Propius accedens dicit:

Ecce venio peccator, & indignus ſervus tuus, adtribue mihi, Domine! hoc ſanctiſſimum corpus tuum & ſanctiſſimum pretioſiſſimumque ſanguinem tuum, in remiſſionem peccatorum & vitam æternam. Amen.

Sacerdos vero ut Diſtributor atque Mediator, ad Chriſtum precando dicit:

Ecce venit indignus Servus tuus N. exhibe ei, Domine! ſanctiſſimum corpus tuum, & ſanguinem, ad remiſſionem peccatorum, & vitam æternam.

Interea,

Interea, illa consecrata ipsi cum cochleari in os dantur, quæ verum corpus & sanguinem Christi esse firmiter credimus. Et hac consvetudine Ecclesia nostra utitur, ut impleatur Prophetia: quæ non solum illuminationem & gratiam Spiritus sancti significabat, quam daturus erat in præconio Evangelii: Sed & maxime typice significabat mysticum carbonem, cœlestem panem, qui tantum quod communicantium labia tangit, eorum iniquitates remittuntur, & ab eorum peccatis repurgantur, unde quoque illuminationem adepti, impœnitentibus gratiam Evangelii gratuitam adnunciant; testante hoc Propheta ita loquente: Væ mihi, quod tacui, pereo, quia Vir pollutis labiis ego sum, & in medio Populi polluta labia habentis ego habito, & regem Dominum exercituum vidi oculis meis; & volavit ad me unus ex Seraphim, habens in manu sua prunam, quam forcipe sumserat ab altari. Admovitque ori meo dicens, ecce, adtingit hoc labia tua: jam amovetur iniquitas tua, & peccatum tuum expiatur 2). Et quoniam inventi sunt aliquando nonnulli contemtores, qui non comedebant, aut in abusum habebant, cochleari utimur, cujus consuetudinis Auctor designatur Chrysostomus.

2) Es. 6, 5, 6, 7.

Denique Sacerdos dicit:

Accipit Servus Dei N. sanctissimum corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi, in remissionem peccatorum, & vitam æternam. Amen!

§. 28.

Et hic est tertius præcipuus atque necessarius salutaris ritus, sine quo homini impossibile est Servatoris participem fieri, ut maneat in Christo, & Christus in eo: ut ipse dixit; quem ritum propter intelligendi difficultatem & sacramentalem ejus modum omnibus ignotum, vocamus Mysterium.

CAP.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0152
DFG

CAP. IV.

De Sacerdotio.



§. 1.

CRedimus, sicut Apostoli electi, tempore adscensionis Christi 1) ab ipso per benedictionem, quam impositionem manuum sanctissimarum Christi dicimus, sunt ordinati, ut essent præ cæteris primarii Sacerdotes & Distributores Mysteriorum Christi tanquam boni Ministri 2), & a Deo Patre, per Jesum Christum in Spiritu sancto, cum congregati essent omnes & salutatione pacis a Christo peracta, illisque ab ipso dictum: Accipite Spiritum sanctum, quorumcunque remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorumcunque retinueritis peccata, retenta sunt 3); Sacerdotii gratiam & potestatem, quam antea dare promiserat timido Petro 4), cujus timiditatem ut cordium Scrutator novit, immediate acceperunt (timente Petro Magister continuam ejus

1) Luc. 24, 50.

2) 1. Cor. 4, 1. 2. Cor. 6, 4.

3) Joh. 20, 22. 23.

4) Matth. 16, 18-23.

obloquendi audaciam ægre ut ferat, eaque propter condiscipulos suos majori donaret gratia, Christus confessionem oris ejus benignissime respiciens, confirmabat eum, bonoque animo esse docebat, dicens: beatus es, Simon Barjonæ: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam & portæ Inferorum non superabunt eam 5): Tanquam diceret illi, Petre, licet præ timore formidans me sis abnegaturus, tamen noli dubitare, quin pœnitentia serio a Te peracta, cumque ab hoc peccato conversus fueris, eadem apud me gratia sis mansurus; quin imo tibi æque ac aliis tribuetur Sacerdotii potestas; Nam post conversionem tuam ac pœnitentiam, ipse ut exemplum & typus pœnitentiæ, pœnitentes & credentes Fratres, practicus quasi Præceptor confirmabis 6): Ita quoque ordinatos post hac ab Apostolis, alii quidem ut essent Diaconi, ut illi septem, atque alii plurimi: jam vero in nostra Ecclesia, qui vocantur Diaconi, locum tenent Levitarum) alii autem Sacerdotes seu Presbyteri, ut illi septuaginta & plures alii 7), aiii vero Pontifices seu Episcopi, ut Clemens 8), Paulus, Barnabas 9), Linus, Carpus, Timotheus 10), ac Titus 11), & reliqui quorum nomina ut minus necessaria relinquo, qui multoties in sacra Scriptura Episcopi nominantur, mediate a Deo & Salvatore nostro per istos, eadem Sacerdotii gratia ac potestate, ac ipsi Apostoli, immediate a Christo ordinati, esse donatos; non autem miraculosa illa gratia linguarum, uti Hierosolymis tempore Pentecostes 12), quam etiam plurimi alii non ordinati, fœminæque 13) imo & ante Baptismum 14) acceperunt, ut ipsi quoque Apostoli antequam ordinati erant, miracula edebant 15); & Cæsareæ in Domo Cornelii, plurimi credentes, etsi seculares, per 16) & sine manuum impositione 17) quod & Ephesi

5) Matth. 16, 17, &c.
6) Luc. 22, 38.
7) Act. 6. leg.
8) Phil. 4, 3.
9) Act. 13. leg.
10) 1. Tim. 4, 14.
11) Tit. 1, 5.
12) Act. 2. leg.
13) Act. 21, 9.
14) Act. 10, 45. &c. cap. 11, 15.
15) Matth. 10, 6, 8.
16) Act. 10, 46.
17) Act. 19, 6.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0154
DFG

Epheſi factum, miraculoſæ gratiæ immediate partipes facti ſunt: Sed mediate per ordinationem Sacerdotalem poteſtas ligandi & ſolvendi, myſteriaque Evangelii adminiſtrandi, quæ data iis erat a Deo, ordinatione per impoſitionem manuum Apoſtolorum, per eos in alios ſucceſſive Pontifices & Sacerdotes in eorum ordinatione, ſicut per Antiochenos Epiſcopos in Paulum & Barnabam 18) & per Paulum in Timotheum 19) ac Titum 20), & per hos ac alios iterum alios pervenit 21), quod ſatis clare ex Pauli Epiſtolis & aliis Scripturæ locis patet; Paulus quidem Tito ſcribit: Hujus rei gratia reliqui Te in Creta, utquæ deſunt corrigas, & conſtituas oppidatim Presbyteros, ſicut ego tibi ordinavi 22), Lucas in Actis Apoſtolorum ſcribit: Paulum ac Barnabam ſuffragiis creaſſe per ſingulas Eccleſias Presbyteros, precatosque eſſe cum jejuniis, & commendaſſe eos Domino in quem crediderant 23).

18) Act. 13. leg.
19) 2. Tim. 1, 6.
20) Tit. 1, 5.
21) Tit. 1, 2, 3.
22) Tit. 1. 5.
23) Act. 14, 23.

§. 2.

Unde gravitatem ſacerdotalis hujus doni ac dignitatis conſiderans Paulus, Timotheum admonebat ordinaturum; ne manus, nimis properanter cuiquam imponeret 1), ſed ut officium ſacerdotale cupientes prius explorentur, num myſterium fidei teneant in munda conſcientia, & ſic demum: ne in cujusnam incidant criminationes, ordinentur, ad miniſtrandum ſacra ſcil. Evangelii Myſteria 2), minime autem omnes ſine diſcrimine admitterentur, ſed qui bonum habeant teſtimonium vitæ & ſapientiæ, non vero technis auro ac argento ſuffultis, ſe ipſos inferre ac intrudere, adnitentes, ut Simon Magus 3).

1) 1. Tim. 5, 22.
2) 1. Tim. 3. leg
3) Act. 8, 18.

§. 3.

Hæc ſacerdotalis gratia Spiritus ſancti, a ſummo Pontifice noſtro Jeſu Chriſto & a ſuis Apoſtolis, & ab iis conſecratis originem trahens, quæque hunc usque in diem permanſit, ad finem quoque usque eſt permanſura, ordinandis Epiſcopis, Sacerdotibus & Diaconis, invocatione omnia operantis ac perficientis Spiritus ſancti confertur ab ordinante Epiſcopo, comminiſtrantibus Sacerdotibus & Diaconis aut Epiſcopis. (Nam in ordinatione Epiſcopali ad minimum duo ei comminiſtrant Epiſcopi,) præſente quoque Populo, ut tanquam conſentientes ſuffragio ordinationis ſeu electionis, una orent poſtquam ſequentia verba, alta Epiſcopus voce annuntia: Divina gratia imbecilles ſemper confirmans, & deficientia implens, deſignet venerabilem N. N. a Diacono in Sacerdotem, aut a Sacerdote in Epiſcopum; Oremus ut veniat gratia Spiritus ſancti ſuper eum; & una voce precantes invocent miſericordiam Dei, ut illum pro ſumma ſua bonitate ſanctificet, & dignum ſibi conſtituat Adminiſtratorem, ſicut ipſe dixit: Ego ſum Dominus ſanctificans eum 1). Et Tum ter Kyrie Eleiſon in honorem ſacro-ſanctæ Trinitatis cantato, divina benedicitur benedictione: Dominus enim ipſe dixit: & imponam nomen meum filiis Iſrael, & ego Dominus benedicam ei 2): & datur ei ſecundum menſuram fidei ſuæ, petita gratia Sacerdotii 3), ſicut Dominus promiſit: iterum dico vobis, ſi duo ex vobis conſenſerint in terra, de omni re, quam petierint, in fide non hæſitantes 4) fiet eis a Patre meo, qui eſt in cœlis; Ubi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum 5).

1) Lev. 21, 15.

2) Num. 6, 27.

3) 1. Cor. 15, 10.

4) Prov. 2. leg. Jac. 1, 6. Jer. 29, 12.

5) Matth. 18, 19. 20. 1. Joh. 3, 22.

§. 4.

§. 4.

Et quoniam ipse summus Sacerdos tum temporis est in medio, ergo quoque ipse efficit omnia per Episcopum, sanctificat, efficit, determinat atque constituit ordinatum illum dignum Ministrum ac Dispensatorem Mysteriorum Evangelii sui 1) & fidum donat Talento, sanctum vas & instrumentum suum facit, in summa: Angelum suum terrestrem consignat 2), idcirco & Sapiens Syrach omnes cordicitus admonens inquit: Ex toto animo tuo reverere Dominum, & sacerdotes ipsius admirare, ex totis viribus dilige eum qui fecit te, & ne derelinquas Ministros. Time Dominum, gloriaque affice Sacerdotem: & da ei partem, prout mandatum est Tibi, Primitias & Sacrificium pro reatu, & donum armorum, & sacrificium sanctificationis, primitiasque sanctorum 3), ad glorium sacerdotii summi & maximi pastoris & Pontificis nostri Jesu Christi, qui adscendens in cœlos, in terra, in Spiritu sancto per voluntatem Patris omnia in omnibus tenentibus confessionem, ut verus Deus & homo operatur 4), & id quidem ad utilitatem & sanctificationem Christianorum, & fungendum Sacerdotio, & ministrandum sacri Evangelii sui mysteria, ac annuntiandum in timore & tremore Evangelium.

1) 1. Tim. 1, 11. &c.

2) Matth. 25, 14. Gal. 2, 7. Tit. 1, 3. Mal. 2, 7.

3) Syr. 7, 29. &c.

4) Hebr. 2, 17. cap. 3, 1. cap. 4, 11. 12.

§. 5.

Ordinatione itaque consecrandus, tempore ordinationis suæ accipit ab Episcopo ordinante donum sanctificationis sacerdotii, vel potius a Deo ipso per Episcopum, sicut ipse dixit: Ego sum qui sanctifico eum 1). Sanctificatio vero nihil aliud denotat, quam sacerdotalem quandam gratiam sive donum Spiritus sancti, quod ei datur, ut Sacris fungatur Deo. Sicut Moysi Dominus

1) Lev. 21, 15.

nus dixit: Et adduces Aharonem & filios ejus ad fores tabernaculi teſtimonii, & lavabis eos aqua, & induto Aharone veſtibus ſacris ungens eum, ſanctificabis
2) Exod. 40, 12, 13. eum, ut Sacerdotio fungatur mihi 2), & alibi dicit: Sume Tecum Jehoſchuham filium Nunis, virum in quo eſt Spiritus meus: ut imponas manum tuam illi: & impertiaris ei de gloria tua, ut auſcultet ei totus cœtus Filiorum Iſraelis, & fecit Moyſes, quemadmodum ei præ-
3) Num. 27, 18. ult. ceperat Dominus 3). & alibi: Seponam de Spiritu qui eſt ſuper Te, ponamque in eis, ſcil. ex gratia quæ in
4) Num. 11, 25. Te eſt 4).

§. 6.

Unctio illa & lavatio jam ſpiritualiter intelliguntur, ſecundum nempe Spiritum, & non ſecundum literam, ſicut intelligitur in Myſterio batiſmatis. Lotio illa quidem abluitionem peccatorum Ordinati per firmam ac veram in Deo fidem, unctio vero ſpiritualem gratiam Spiritus ſancti denotat, quæ intrat in eum, atque cuique myſtice e cœlis datur, ſecundum menſuram gratiæ primarii ac maximi Principis Sacerdotum Jeſu Chriſti & Dei, qui eſt fons & dator omnis gratiæ; nam omne donum perfectum e ſupernis eſt, deſcendens a
a) Jac. 1, 17. 1. Cor. 15, 10. Patre luminum. a)

§. 7.

Et quoniam dona ſunt diverſa, idem tamen Spiritus, & myſteria diverſa, ſed idem ille Dominus, & operationes diverſæ, ſed idem jam ac tunc temporis Deus, efficiens omnia in omnibus, cujus divinæ voluntati ne-
1) Rom. 9, 19. mo poteſt reſiſtere 1); unicuique donat manifeſtationem Spiritus, quantum opus & utile ſit, non ordinato ſolum, ſed etiam reliquis: ſecundum illud Pauli: Nemo, quod ſuum eſt, quærat, ſed quisque, quid alterius ſit,

sit, quemadmodum & ego per omnia omnibus placeo, non quærens meam ipsius utilitatem, sed multorum ut serventur 2). Et eum in finem huic quidem per Spiritum datur sermo Sapientiæ, alii vero sermo cognitionis per eundem Spiritum. Alteri vero fides per eundem Spiritum: alii vero donum Sanationum per eundem Spiritum: alii vero operatio virtutum, alii vero Prophetia, alii vero discretio Spirituum: alteri vero genera linguarum, alii vero interpretatio linguarum (quæ etiamsi jam mediate addiscimus, Dei tamen donum est) Sed omnia hæc efficit unus ille & idem Spiritus, distribuens peculiariter unicuique ut cordium Scrutator, uti sibi placet & vult 3); & quis est ille qui examinet opera ejus, aut quis dicet, injuste fecit, & quis est, qui sistat se coram eo 4)? An vero cogitationes ejus, uti hominum sunt 5)? Quæ impossibilia sunt hominibus possibilia sunt Deo 6); & nos vero novimus atque credimus, eum omnia posse ipsique nihil esse impossibile, ut Job dicit 7).

2) 1. Cor. 10, 24. 33

3) 1. Cor. 12. leg.

4) Job. 41, 10.

5) Es. 55, 8.

6) Luc. 18, 27.

7) Job. 42, 2.

§. 8.

Propterea, ex his & similibus suis donis, Ordinatis ceu fons donorum omnisque gratiæ conferens, constituit eos in Ecclesia, ut locum teneant Apostolorum, ut illam, se ipso dirigente, gubernent, & Sacra Mysteria administrantes populo exhibeant, fidemque prædicent & pœnitentiam, proque omni anima intercedant.

§. 9.

Et quosdam quidem constituit Episcopos (qua de re Scriptura: Si quis Episcopi munus appetit, præclarum opus desiderat 1), ut erant Philippensium Episcopi) 2): alios vero Presbyteros seu Sacerdotes sicut erant

1) Act. 20, 28. 1. Tim. 3, 1.

2) Phil. 1, 1.

erant illi septuaginta, & in dispersione duodecim tribuum, de quibus divus Jacobus scribit: ut ægroti illos accerserent ad preces 3). Alios vero Diaconos, uti erant illi septem & plurimi alii 4).

3) Jac. 1, 1. cap. 5, 14.
4) Act. 6, 6.

§. 10.

Si quis ergo in horum officiorum uno est constituendus, perlegitur oratiuncula adducta? Divina gratia &c. Sexus autem fœmineus nequaquam ad ista officia admittitur, quamvis in primitiva Ecclesia Diaconæ ordinabantur, ut servirent mensis, in gradum autem Sacerdotalem minime veniebant, quæ tamen consvetudo jam cessavit.

§. 11.

Igitur si quis unum ex his gradibus adpetit, præclarum omnino desiderat opus; desiderantes enim ita, ut fideliter puraque conscientia administrare velint, in se ipsis bonum desiderant gradum, secundum illud Pauli: Qui bene ministraverint, gradum sibi bonum adquirunt, & multam libertatem loquendi per fidem, quæ est in Christo Jesu 1). Et ideo adtendere oportet animum ad se ipsos & totum gregem, in quo Spiritus ille sanctus eos constituit Episcopos, ad pascendam Ecclesiam Dei, quam suo illo proprio sanguine adquisivit 2); ut aliquando exultantes audiant: Euge, serve bone & fidelis, in exiguo fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui 3).

1) 1. Tim. 3, 13.
2) Act. 20, 28.
3) Matth. 25, 21.

§. 12.

Proprium ordinis Episcopalis est, ut per manuum impositionem ordinet gradus sacerdotales, & consecret Ecclesias ut benedicat & sanctificet omnia, quæ ad usum

usum Ecclesiæ sunt, & perficiat Myrrhum, sicut soli Moysi Deus ejus conficiendi curam commisit; præterea non solum Populo & Sacerdotibus pœnitentiam prædicare & Ecclesiam episcopali dignitate gubernare, ejus est officii, sed & ipse ita se gerere debeat, ut splendeat in pura conscientia per bona opera, ita ut sit exemplum reliquorum 1), ita enim Christus ipse adhortatur: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant bona opera vestra, & glorificent Patrem vestrum, qui est in cœlis: Hi enim sunt Lux & Sal mundi 2).

1) Phil. 3, 17. 2. Thess. 3, 9.

2) Matth. 5, 16.

§. 13.

Et quoniam Episcopis pro donatione vocationis divinæ per Jesum Christum adtribuitur secundum mensuram administrationis & inspectionis in Populum major gratia circa res divinas 1), & vocati Apostoli & Servi Christi vocantur, separati ad prædicandum fideliter Evangelium & mysteria sua pure ad ministranda 2), & talentum, quod in fide acceperunt, augendum; Majorem quoque debitum habent, tanquam ut primarii Pastores, ut habeant curam sui ipsorum atque Populi, cui Spiritus sanctus eos Episcopos constituit, ad regendam Dei Ecclesiam 3); Unde & Petrus eos adhortatur, quippe qui rationem reddendam habent, dicens: pascite quantum in vobis est gregem Christi, curam illius agentes non coacte sed spontanee, non turpiter adfectantes lucrum, sed ex animo 4): Nam ut quisquis accepit donum, ita alius in alium illud subministret, ut boni dispensatores variæ Dei gratiæ, tanquam ex viribus quas suppeditat Deus 5).

1) Eph. 4, 7.

2) Gal. 2, 7. Tit. 1, 3.

3) Act. 20, 28.

4) 1. Petr. 5, 2.

5) 1. Petr. 4, 10. 11.

§. 14.

Proprium Ordinis Sacerdotalis vero seu Presbyterii est ut ordinetur, ipse autem non ordinet, sed ut ministret reliquos quinque magnos ritus, non autem ritum Myrrhi, quippe qui ad solos Episcopos pertinet, sed reliquos tantum, quos administrat quoque Episcopus, & ut preces fundat pro omni homine, & maxime Christiano; & si eruditus sit, prædicet explicando sacram Scripturam; Si vero ignorans est, taceto & perlegeto Patres aut alios Commentatores Ecclesiæ in Evangelia, coram Populo. Quod & Paulus ita fieri præcepit Corinthiis: quod si non sit interpres taceat in Ecclesia, ceterum sibi ipsi loquatur & Deo. a)

a) 1. Cor. 14, 28.

§. 15.

Proprium proinde Diaconorum ordinis est, ut ipse quoque ab Episcopo ad comministrandum in publico officio ritus Ecclesiæ, & una cum Sacerdotibus & Episcopis pro Populo orandum, ordinetur; ipsius quoque est officium divinum sacrum Evangelium exaudienti Populo prælegendi: Multoties vero Episcopo aut Sacerdote permittente, nimirum si noverit explicare sacram Scripturam, divinum prædicat verbum. Ipse solus vero nullam rituum administrationem efficit, nisi necessitate urgente baptizet, quod in ejusmodi quoque casu secularibus permittitur.

§. 16.

Diaconum quoque pariter ac Episcopos & Sacerdotes, præcipue, si in ordinem sacerdotalem aliquando intrare cupiat, puram ac sanctam vitam agere oportet, ne

ne aliorum criminationi sit obnoxius 1): Si quis est inculpatæ vitæ, inquit Paulus Tito: Tanto autem magis Episcopum esse oportet inculpatum, tanquam Dei dispensatorem, non sibi pertinaciter placentem, non iracundum, non vinosum, non percussorem, non turpem quæstum facientem 2), neque novitium esse oportet, sed ut habeat bonum testimonium ab extraneis, & ut sit dignus omni honore, & potens, ut possit etiam exhortari per fidelem illum sermonem, qui facit ad doctrinam, & contradicentes convincere 3).

1) 1. Tim. 3, 10. Tit. 1, 6.

2) Tit. 1, 7.

3) 1. Tim. 6, 7. Tit. 1, 9.

§. 17.

Idcirco apud nos sacrum hunc ordinem intrare cupiens, oportet adferre a spirituali suo Patre seu Confessario, testimonium bene peractæ vitæ, ad Episcopum 1), præcipue, se immunem esse a peccatis sacerdotium impedientibus, interque alia imprimis, homicidio & stupro, evincere oportet: hoc facto penitius exploratur, & ita unicuique concreditur talentum Domini, cum quo unusquisque aliquando in suo ordine apparebit coram tremendo primario Pastore Jesu Christo, ad rationem de Oeconomia sua reddendam, & Mercedem pro labore accipiendam 2).

1) 1. Tim. 3. leg.

2) Hebr. 13, 17. Matth. 25, 15. &c.

§. 18.

Ea propter quisque in suo ordine pro gratia ei donata, maxima cum cura ac diligentia studere debet, suo officio, ad quod constitutus est ut bene præ sit: habens prophetiam, ut interpretetur & prædicet verbum Dei, sive ministerium, ut administret, sive præceptor sit, ut doceat, sive consolator, consolatione erigat, sive distri-

butor, distribuat in simplicitate, sive Præsul, ut præsit cum studio & justitia, si quis miseretur, faciat cum hilaritate, si quis diligit, caveat ne charitas sit simulata, abhorreat a malo, & amplectatur bonum: in summa: Sint fraterno amore alii ad alios amandos propensi: honore alii aliis præeuntes; Studio minime ignavi; spiritu ferventes; Domino servientes, spe gaudentes, in adflictione patientes; in oratione perdurantes; Usibus sanctorum communicantes: Hospitalitatem sectantes, &c. 1). Hæc omnia quanquam & secularibus seu laicis exequenda competunt, attamen præcipue in sacro ordine constituti hæc efficere debent, quippe qui sunt Duces ac Doctores 2): & hæc omnia ut fiant ad compactionem Christianorum (qui sancti in Domino adpellantur) 3), seu ad coagmentationem, ad opus ministerii, ad ædificationem corporis Christi, qui est caput 4), maximopere est adnitendum.

1) Rom. 12, 6. &c.
2) 1. Cor. 12, 18. Eph. 4, 11.
3) Hebr. 3, 1.
4) Eph. 4, 12. &c.

§. 19.

Hoc donum Sacerdotii sacris sacerdotibus & sacrificantibus collatum beatus Paulus respiciens, Timotheo scribit: Ne negligito donum quod in Te est, quod datum est tibi in ordinatione, per impositionem manuum mearum & Presbyterum a), & primum quidem ei in memoriam revocat fidem & confessionem, quam in baptismate confessus erat, ut inveniatur ea semper insimulata in eo, quæ habitarat prius in avia ipsius Loide, & matre Eunica; deinde autem sacerdotalem, prædicandi Evangelium sacramentaque administrandi gratiam, cujus rei in se suscipiendæ confessionem magno testium numero præsente, perhibuerat, ut depositum fidei, Evangelii & Mysteriorum, ad quod per Prophetiam ad Præ-

a) 1. Tm. 4, 14. 2. Tim. 1, 6.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0164
DFG

Præconem & primarium Pastorem vocatus erat, sine dolo, puram ac immaculatam, uti primarium fidelem Pastorem decet, conservaret, & caveret, ne quibus indigne porrigeret.

§. 20.

Impositione autem manuum ordinabantur Apostoli, non quod Evangelium, vel Christum & Pœnitentiam ad salutem concionaturi erant, quippe quod & ante ordinationem, & post plerique alii fideles non ordinati egerunt; sed quod functuri erant sacerdotio, hoc est, reliquos in Evangelio mandatos ritus sacerdotales, & Mysteria in virtute Spiritus sancti, ut donum efficacis virtutis Dei exercitaturi, soluturi scil. & ligaturi, retenturi & hominum peccata remissuri, proinde circa corpus Domini administraturi & distributuri, quod neque Angelis Dominus commisit, nec non alios, qui in eorum locum succederent, ordinaturi erant.

§. 21.

Evangelium enim prædicare, quilibet Christianus pius, præsertim si eruditione gaudeat; & multoties melius quam multi Sacerdotes, tradere ac explicare potest, quod minime negandum, multorum exemplis hoc corroborantibus; sed solvere & ligare, tenere & remittere, circaque Domini corpus administrare, & ordinare non omnibus datum est, neque quivis alius hoc efficere audeat, nisi quis animo omnino obduratus & Antichristus, sive sibi sapiens & superbus ac inflatus ex contemtu sustineat ad talia se exercenda esse dignum; sicut superbi illi tres, audaces ac impii, Dathan, Korach

& Abiram, quorum mentionem facit Scriptura, quod ausi sint carentes Sacerdotio, suffitum exhibere in altare, quare protinus terra aperta est illosque absorbuit 1) & Usa, qui tantummodo extrema arcæ Dei tangens, a Deo percussus mortuus est 2), & Hosias, non auscultans Sacerdoti, sed intrans impudenter suffitum exhibere, lepra a Deo est adfectus, suisque in peccatis mortuus est 3); & quid dicam de Simone Mago & aliis, de quibus sancti Patres narrant.

1) Num. 16. Ps. 106, 17.

2) 2. Sam. 6, 6. 7. 2. Reg. 15, 5.

3) 2. Chron. 26, leg.

§. 22.

Si enim omnibus hoc donum datum esset, plane non opus fuisset, Apostolis solis privatim hoc promisisse Christum, eosque ab eo esse ordinatos, ibique solis dictum: hoc facite in meam commemorationem, & dabo vobis potestatem. Si quis vero dixerit, Christum quoque septuaginta illos potestate, contra immundos Spiritus donasse, verum quidem est: Solis tamen duodecim dixit: Dabo vobis claves, & accipite Spiritum sanctum, quorumcunque peccata remiseritis, remissa sint eis, & quorumcunque retinueritis, retenta sint: & dabo vobis distribuendi mysteria atque ordinandi potestatem. Nam si Apostolis solis hæc dona non essent concessa, dixisset adducta verba quoque reliquis credentibus, imo fœminis eum secutis, ut talia exercerent atque perficerent; & sic neque Apostoli alios manuum impositione ordinare opus habuissent, tunc temporis & Christianæ religionis incunabulis, omnibus credentibus fœminisque Evangelium prædicantibus: Verum enim vero omnino erat necesse; non enim omnes erant Episcopi, nec omnes habebant potestatem frangendi panem aut distribuendi, quod sacra Scriptura sat claris indicat

dicat, verbis: Adscendit Paulus ad frangendum panem 1); nec habebant potestatem ligandi aut solvendi hominum peccata, non enim dixit: hoc faciant omnes, sed facite vos, nec dixit: dabo omnibus, sed dabo vobis; nec accipiant, sed accipite, nec solvant & ligent, sed solvite & ligate, retinete & remittite; Nec Paulus dixit: vos omnes fideles, sed nos ministri & dispensatores mysteriorum Christi sumus, & sicut accepimus a Christo, etiam tradidimus vobis mysterium. Unde etiam Timotheo dixit: Secundum gratiam, Sacerdotii scil. quæ data tibi est per impositionem manuum mearum & Presbyterum, vide ut caute ac fideliter dignis eam distribuas. Unde hanc quoque gratiam & dignitatem Sacerdotii suspiciens, præcepit ei, ne præcipitaret adfligere Sacerdotem, nec simpliciter accusationem contra Sacerdotem concederet 2). Nam Angelus omnipotentis Minister & organum est: Maxime autem Paulus, illis Sacerdotibus qui precando Evangeliumque adnuntiando indefessi sunt, duplicem præcepit honorem adtribuere. Quod & ipse Deus suo confirmat mandato: Bovi trituranti non obligato os, nam dignus est operarius mercede sua 3).

1) Act. 20, 7.

2) 1. Tim. 5, 19.

3) Devt. 25, 4. 1. Cor. 9, 9.

§. 23.

Ea propter & nos maxima veneratione Sacerdotes habentes, omnem ut decet honorem & reverentiam exhibemus omnibus indifferenter, maxime autem timentibus Deum & virtute præditis viris 1), quibus etiam ex veneratione, quilibet Christianus ex nostratibus pro facultate liberalem exhibet manum, & preces & orationes ab iis requirunt, jubente ita ordinatione divina per Paulum: qui Evangelium adnuntiant, ex Evan-

1) 1. Tim. 5, 17.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0167
DFG

Evangelio vivant, & qui sacris operantur, ea quæ ex
2) 1. Cor. 9, 13. 1. Cor. 11. leg. sacrario sunt, edant 2). Nam dignus est operarius ci-
3) Matth. 10, 10. bo suo, inquit Dominus 3), & alibi: communicet au-
tem qui instruitur in sermone, cum eo qui se instituit,
4) Gal. 6, 6. omnia bona 4): & in veteri testamento ipse Deus se-
quens edidit mandatum: Hoc autem esto jus Sacerdo-
tum a Populo, a sacrificantibus aliquod sacrificium,
sive bovem, sive pecudem; ut det Populus Sacerdoti
armum, & ambas maxillas, & ventriculum; primitias
frumenti tui, musti tui, & olei tui, & primitias velleris
ovium tuarum dato ei: quia eum selegit Dominus De-
us tuus ex omnibus tribubus tuis; ut constanter mini-
5) Num. 18, 8. Devt. 18. leg. stret in nomine Jehovæ, ipse & filii ejus, in omnibus di-
6) Syr. 7, 31. ebus 5). Paritcr & Syrach loquitur 6).

§. 24.

Hæc secundum præcepta Nostrates ex domesti-
cis œconomiæ eorum fructibus Sacerdotibus submini-
strant, iisque se submittunt in omni bono opere salutа-
ri, eosque ut Curatores ac excubitores pro animabus
eorum tenent, de quibus illis etiam incumbit ratio red-
a) Hebr. 13, 17. denda a).

§. 25.

Sacerdotum vero Vitæ duo sunt genera, mona-
chale & seculare; illi qui monachalem amplectuntur
vitam, sacri Monachi adpellantur, hi uxorem non du-
cunt, sed divina adsistente gratia ac auxilio castam ac
puram vitam degere constituerunt: atque ut eo facili-
us scopum sibi obtineant præfixum, multi mundana pe-
nitus contemnentes a mundo se separant, & quidem
alii in cœnobio, alii in Eremum seu loca deserta se con-
ferentes,

ferentes, abstinentes ab omni mala conversatione & colloquiis, sibi soli ac Deo loquentes, quod multoties conversatio cum mundo & malæ collocutiones destruant bonos mores 1), ibique habitantes, die noctuque in orationibus, jejuniis, humique jacentes continua in Sanctimonia Deum precantur, mortificantes membra corporis, secundum Pauli admonitionem: Mortificate igitur membra vestra terrestria, scortationem, impuritatem, mollitiem, cupiditatem malam, & avaritiam, quæ est Idololatria; sed induite, ut electi Dei, sancti & dilecti, viscera commiserationum, benignitatem, animi submissionem, lenitatem, ante omnia autem charitatem, quæ est vinculum perfectionis 2). Hanc Pauli admonitionem sequentes, se ipsos sacrificant, nullaque de re sunt solliciti, nisi quod omni precatione & oratione cum gratiarum actione a Deo contendant, ut ipsis donet petitum cordis eorum, & custodiat corda cogitationesque eorum innoxias, & exinde quoque quæcunque sunt vera, quæcunque honesta, quæcunque justa, quæcunque pura, quæcunque amabilia, quæcunque boni nominis, & si qua laus est, hæc reputant 3). Et profecto nullum plane turpem spurcum sermonem audit quis ex ore eorum, uti etiam Apostolus prohibuit 4): precanturque Deum, ut coerceat atque extinguat affectuum impetus, nec minus omnia jacula ignita & astutias mali illius Diaboli 5): carne, naturali propensione, nisi in divina virtute per mortificationem affectuum carnalium supprimatur, animæ semper contradicente. Unde & Petrus obsecrans, dicit: Dilecti, obsecro, ut tanquam inquilini & advenæ abstineatis a carnis cupiditatibus, quæ militant adversus animam 6): & Romanis Paulus scribit: Induimini Domino Jesu Christo, & carnis curam ne habete ad explendas cupi-

1) 1. Cor. 15, 33.

2) Col. 3, 5. 12. 14.

3) Phil. 4, 6-8.

4) Eph. 4, 29.

5) Eph. 6, 16.

6) 1. Petr. 2, 11.

ditates 7), & Galatis: Hoc autem dico, Spiritu ambulate, & quod concupiscit caro, ne perficite. Nam caro concupiscit adversus Spiritum, Spiritus autem adversus carnem: hæc autem inter se opposita sunt, ut non quæcunque volueritis, eadem faciatis: Manifesta autem sunt opera carnis: quæ sunt, adulterium, scortatio, impuritas, lascivia, Idololatria, veneficium, inimicitiæ, lites, æmulationes, excandescentiæ, rixæ, dissidia, hæreses, invidiæ, cædes, ebrietates, commessationes, & his similia 8). Quæ si quis ignorare putat, inveniet omnia in sacra Scriptura, in Decalogo, imo & ipsa lex naturæ & conscientia indicet. Porro precantur Deum, ut custodiat eos puros atque immaculatos in castitate, nam in Deo & est potestas & voluntas, & ipse operatur omnia in omnibus, ut fiant ipsi quoque digni communione & vita primi castissimi Jesu Christi & sanctorum Agnum sectantium, mulieribus non inquinatorum, sed qui permanserunt a tempore generationis puri & virgines, & ex utero matris Eunuchi nati sunt, propter regnum cœlorum, uti Christus dixit: Sunt enim castrati, qui ex matris utero nati sunt ita: & sunt Eunuchi, qui castrati sunt ab hominibus: Et sunt Eunuchi, qui se ipsos castrarunt (spiritualiter videlicet) propter regnum cœlorum 9), quorum quoque canticum nemo discere potest, ut Johannes dicit 10): Unde & Apostolus Paulus optavit: velim omnes homines ut essent, uti ego ipse, & bonum est homini uxorem non adtingere 11).

7) Rom. 13, 14.

8) Gal. 5, 16-21.

9) Matth. 19, 12.

10) Apoc. 14, leg.

11) 1. Cor. 7. leg.

§. 26.

Heic forsan quis diceret: ut stupra vitentur, quemlibet debere suam propriam habere uxorem: bene quidem, sed exinde minime concludendum, Paulum illo

illo dicto castitatem servare cupientibus impedimento esse voluisse, quin potius dicat: bonum est homini, uxorem si non adtingat: nam vellem, omnes homines essent ut & ego, ipse inquit: & inferius: ceterum quivis Pater in corde suo statuens nec urgetur necessitate, sed potestatem habet propriæ voluntatis, & si decreverit in corde suo, ut servet suam virginem, bene facit, & qui elocat nuptum, bene facit; Qui vero per divinam gratiam castitatem servare cupit, melius facit, quam ille qui collocat nuptum. Quapropter castitati se devoventem oportet, ut consideret, quod tempus breve sit, & conversatio & Patria nostra in cœlis 1), ac idcirco cœlestium majorem habere curam quam terrestrium, nam cito præterit halitus hujus mundi & horam ignoramus 2). Quapropter & Johannes adhortatur: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, in illo non est amor Patris 3), & Paulus: Vellem vos absque sollicitudine esse, nam qui cœlebs est, curat ea, quæ sunt Domini, quomodo placiturus sit Domino, qui autem duxit uxorem, tanquam circumdatus plurimis negotiis de fœmina & liberis sublevandis, solicitus est de illis quæ sunt mundi, quomodo placiturus sit Uxori & huic mundo. Discretæ sunt ea quæ est uxor & quæ est virgo: Nam quæ non nupsit viro, carens mundanis atque carnalibus curis, curat ea quæ sunt Domini, ut sit sancta & corpore & Spiritu, contra quæ nupsit, quum plurimarum mundanarum atque carnalium curam agat, ut circumdata multis mundanis circumstantiis, curat ea quæ sunt mundi, quomodo placitura sit viro: Ambabus tamen vitis suam tribuens laudem, cujusque hominis libero arbitrio submittit, dicendo: qui veneranter & pie matrimonio se jungit, non peccat, multum tamen his illos

1) Phil. 3, 20.

2) Col 3, 2. 1. Cor. 7, 31. Eccles. 1, 2.

3) 1 Joh. 2, 15.

præfert, qui uxorem non ducunt, sed castos se servant; de illis quoque, qui nuptias contrahant plus contristatur, dicens: ego vobis libenter parcerem, attamen quisque in illo dono in quo vocatus est maneto, nam verbi castitatis non omnes capaces sunt, ut etiam Christus dixit. Nam qui voluptatibus carnalibus sunt involuti, victi a carnali concupiscentia, non solum viribus carent hoc intelligendi, sed etiam in numerum rerum collocant, quibus minor fides habenda, & quos infirmiores & natura debiles putant, neque pro re spirituali habent, in qua vincit secundum Spiritum anima hominis spiritualis: quæcunque enim victoria carni contrarians, non est ex carne, sed ex anima hominis spiritualis, potentia divina & auxilio sublevata.

§. 27.

Et quoniam in castitate degentes, norunt hoc donum esse a Deo in homine, nec in se ipsos fiduciam habentes, quasi ex propriis viribus eam servare possent, submissi se sacrificant Deo, qui est principium & finis omnis doni præclari, qui & operatur omnia in omnibus, & in spe & fide certantes, in puritate animæ manu Dei auxiliati, castam peragere vitam studeant. Deus vero, qui cujuscunque animæ promtitudinem scrutatur, haud quaquam petitum ullius abnegat, sed magis corroborat, si solum fiat firma fide & spe indubitata. a)

a) Rom. 15, 13. Hebr. 6, 18, 19. Jac. 5. tot. Eph. 3, 16-21.

§. 28.

Et quanquam, quoadusque corrupto in hoc corpore vitam degimus, magnos labores multaque adversa perferenda habeamus, tamen qui in regnum cœlorum

rum intrare & castorum mercede frui cupit, una cum cæteris, per angustam tristitiæque plenam viam, in patientia ut & ipse Christus, affectibus itidem adflictus, intrare, & per sanguinem hujus primarii cœlebis & participis nostrorum adfectuum & Doctoris Jesu Christi, obtinere oportet b). Omne in Dei potentia situm est, Deo enim nihil factu est impossibile; & solum propensa hominis voluntas atque firmum animæ propositum requiritur, sicut etiam ad fidem & omne aliud opus sive bonum sive malum.

b) Hebr. 2, 10.

§. 29.

Præterea quando homo quidam Christianus plenarie totum se Deo sacrificat ad spiritualiter vivendum, Deus in tali homine locum invenit, ut habitet in eo, ita ut, si carnalis natura, mundana ac terrestria perpetrare saturiens, molestiæ quid ipsi adfert, statim Spiritus Dei ei inhabitans & in precibus, orationibus, jejuniis & similibus sublevans, dispellat; quod & Christus ipse dicendo comprobat: Hic Spiritus non dispellitur, nisi precibus & jejuniis 1): Si ergo homo modo sit constans ac in proposito suo perseverat, Deus ipsum adjuvat, qui perficit & dirigit omnia in omnibus, secundum consilium voluntatis suæ, usque ad finem, secundum illud Pauli: persuasum habeo hoc ipsum, fore ut qui incepit in vobis opus bonum, perficiat id, usque ad diem Jesu Christi 2).

1) Matth. 17, 21. Marc. 9, 29.

2) Phil. 1, 6.

§. 30.

Eorum qui inter nos hanc sectantur vitam, profecto cuivis admiranda veniret executio scil. mandati: Vigilate & orate, ne veniatis in tentationem; Spiritus

quidem promtus est, at caro infirma, & iterum: cavete, vigilate & orate, nescitis enim, quando tempus illud sit futurum. Proinde in patientia, labore, vigiliis, virtute, nuditate, vitam consumunt, imitantes Apostolum dicentem: argentum & aurum aut vestem non concupivi 1), vivunt in inopia, abstinentes a cibis pinguibus, non enim ventrem ut Deum colunt 2), contenti sunt solum comedere legumina, herbas collectas & coctas, ciboque tenui absque ullis condimentis per totam septimanam, Sabbatho & die dominica solum cibum pauco olei in gloriam Domini immergentes, & paucum vini bibentes, reliquis autem diebus, esca, ut jam dictum, tenui vescuntur, atque aquam bibunt; Multi vero per totam septimanam semel vel bis comedunt, aliique per totam quadragesimam semel, ad exemplum Moysis & Christi: alimenta propriis manibus laborando artificiaque exercendo acquirunt, sicut & Apostolus præcepit: dicens, & in hoc incumbatis, ut quieti sitis, & proprias res agatis, & operamini propriis manibus, ut inquiete operantes, vestrum ipsorum panem edatis, & si quis nolit operari, is nec edat 3).

1) Marc. 13, 33. cap. 14, 38. Act. 20, 33.
2) Rom. 16, 18. Phil. 3, 19.
3) 1. Thess. 4, 11. 2. Thess. 3, leg.

§. 31.

Ut taceam puritatem ac sanctimoniam spiritualem vitæ eorum, ex proprio venerabundo animæ proposito erga divinam Majestatem, omni gaudio mundano orbatorum, & nullo modo, nec minimum quidem locum carnali concupiscentiæ præbentium, non quod adversarentur bonis Dei creaturis, quæ hominum causa creatæ sunt, sed carnis animam lædentis curam ne agant 1), contenti itaque vivunt tenuibus cibis & vestitu vili, sicut & Paulus & egit & docuit 2): & tali modo

1) Rom. 13, 14. sec. græc.
2) 1. Tim. 6, 6.

do gratias agentes Deo vivunt, ſtudentes in puritate imaginem animæ ſuæ, qua regenerati, renovati & de novo creati ſunt ſpiritualiter per Jeſum Chriſtum, cuſtodire, ut ea aliquando absque pudore coram Majeſtatis Chriſti Throno ſe ſiſtere queant.

§. 32.

Hanc puritatem ſanctæ ſpiritualis vitæ, non ſolum humili loco nati ac pauperes, ſed & nobiles, eruditi, fœminæque & teneræ Filiæ Regum ac aliorum, non ex neceſſitate quidem adducti, ſed divino Zelo & bonæ animæ propoſitione, ut & Principes, exercituum Duces, & ipſi quoque Chriſtianiſſimi Reges & Imperatores nonnulli tam Orientis quam Occidentis, cum omni animæ fervore ejusmodi vitæ genus amplexi ſunt: ut inter alios eruditiſſimus ille Conſtantinopolitanus Imperator Johannes Kantacuzenus, cujus manuſcripta habentur adhuc in monte Sancto Athonis, in monaſterio nomine Batopedi, in quibus Alcoran ab illo græcæ linguæ mandatus & refutatus, ſucceſſu temporis autem typis impreſſus, multis in Europæ locis invenitur. Hic ad ſummitatem non ſolum humanæ Philoſophiæ, utriusque linguæ græcæ ſcil. & Arabicæ, ſed & in cacumen veracis & ſpiritualis Philoſophiæ progreſſus, & vanitatem corrupti hujus mundi expertus, generoſo ac firmo decreto, Imperatoriam ac regiam hujus mundi converſationem & gloriam dignitatemque ejus reliquit, & cœleſtem, veram ac incorruptibilem Philoſophiam, converſationem & gloriam aſſequi deſiderans, Monaſticam in monte ſancto vitam amplexus eſt, & ibi crucem Chriſti generoſe ferente, vitæque ſuæ termino pie ſancteque finiente, in veram cœleſtem noſtram Patriam translatus,

tus, vero suo & desiderato Regi Regiam suam & sanctam animam tradidit, ibi perpetuo in gloria divina conregnaturus. Ex hujus progenie hunc usque in diem quidam præcipue in Europa inveniuntur, & quidem præ aliis duo Fratres Sereniſſimi ex isto Imperatorio sanguine oriundi, primogenitus nomine Raducanus sive Rudolphus Wiennæ habitans, minor natu vero Constantinus in Ministerio Sereniſſimæ Russorum Imperatricis, degens. Pater eorum paucos abhinc annos Throno insedens Wallachico, injusta morte ab Othomannis occisus, vir fuit pius & rerum divinarum amator, nomen ei Stephanus.

§. 33.

Nunc autem reticens viros complures alios heroes summoque loco natos, non satis admirari possum magnanimitatem generosarum Fœminarum & juvenum Filiarum tolerantiam, quæ divino auxilio strenue suppressis concupiscentiis & adfectionibus carnis triumphantes vixerunt, cujus rei exemplo erit inter alias admiratione haud digno, sapientissima omnibusque virtutibus & ad admirationem usque prædita Sereniſſima Dux Sophia Darguni in Ducatu Megalopolitano Patria ejus commorans, quæ in omni castitate vitam agit piam, & quamvis votum non fecit monasticum, in firmo tamen proposito eandem adsidue sectatur vitam. Hanc vitam præterea pie & sobrie vivunt, post Baptismum maculati, a curis atque vanitatibus post alienati, & monasticam vitam amplexi.

§. 34.

De Monachis, præcipue ordinatis, diximus: Secularium

cularium Sacerdotum, qui & Presbyteri vocantur, vita hæc est; qui non elegit castitatem ante oblationem muneris sacerdotalis, ducit in uxorem piam aliquam virginem, & hoc secundum Dei mandatum, qui Sacerdotibus præcepit, virginem ut sibi adjungant in matrimonio 1). Mortua autem ejus uxore ad secundas nuptias non transit, spiritualis ordinis gravitatem carnalibus cupiditatibus longe plurimum præferente. Ut & Apostolus Paulus hoc præcepit, Timotheo scribens: Oportet Episcopum unius uxoris virum esse, qui enim duxit uxorem, solicitus est eorum, quæ sunt mundi, & quomodo uxori sit placiturus. Apostolus autem hoc in loco plane non loquitur de Polygamia, ut Sacerdotes nempe uno eodemque tempore plures ne habeant uxores: hoc enim jam per se indecenter actum fuisset, si post confessionem, abnegata gentili religione Sacerdotes in fide in Christum jam existentes, plures simul uxores habuissent, nec una solum fuissent contenti, sed plurimis simul conjungi appetiissent: quam ob rem non video, Paulum exinde ansam adripere potuisse, ut a Polygamia abstinere mandaret simultanea, aut præcipere, ut illi qui jam tum plures in matrimonio haberent ut relinquerent, unicamque solam retinerent, ut eorum exempla & reliqui sequentes, una essent contenti. Objiciet vero quisquam, in illa prima & adhuc crescente Ecclesia, sacerdotes plus fuisse voluptatibus deditos, ideoque plures simul habere uxores appetiisse, ut & Ethnici, imo & fideles tum temporis pluribus simul fuisse conjunctos uxoribus, & propterea Paulum Sacerdotibus præcepisse, unicam ac solam successive ducere uxorem, quo & seculares eorum exemplum imitantes temporis successu a Polygamia abstinentes, unam solam simul ducerent. Verum quoniam jam tunc temporis

1) Lev. 21, 13.

Sacerdotes pariter ac Seculares unicam ſolam habebant uxorem, qui fieri potuit, ut Paulus, ne ſimul plures uxores haberent, adhortaretur? quare iſta objectio ut nullius momenti a ſe ipſa corruit. Nam Populus pariter ac ab Apoſtolis ordinati Epiſcopi & Sacerdotes & Diaconi unicam tantummodo habebant uxorem, & hoc exempla quorundam Apoſtolorum ſatis clare demonſtrant, ut Petri 2) & aliorum, qui omnes una fuere contenti uxore, ut & eorum qui magno ſæpenumero totos ſemet ipſos Deo ſacrificantes etiam reliquerunt unicam quam duxerant uxorem, viventes quaſi regeniti per Chriſtum in caſtitate, ut ipſe quoque Paulus, de quo non leviter dubito, num ſua cum conjuge unquam coitum habuerit, quam multi illam fuiſſe volunt, ad quam ſcripſit in Epiſtola ad Philippenſes, atque rogavit, ut in fide & verbis conſolatoriis Evodiam & Syntychen adjuvaret 3), quæ tamen verba ad aliquem in Evangelio ſocium ſcripſiſſe, una cum multis Eccleſiæ Patribus arbitror. Sit autem, eum ad ſuam conjugem vel potius ſponſam ſcripſiſſe, veritati tamen quam maxime eſt congruum, ipſum, cum veſtes teſtium in lapidatione Sancti Stephani adhuc juvenis cuſtodiiſſet 4) & paulo poſt in Chriſtum credens ſtatim profeſſus eſt Evangelium (unde mihi ipſe juvenis in vinculo Sponſaliorum exiſtens fuiſſe videtur) ſponſam ſuam reliquiſſe: Nam quanquam conjux vocetur, notandum venit, apud Judæos pariter ac Chriſtianos a tempore contractus ſponſalitii, antequam carnaliter uniti fuerint, conjuges fuiſſe adpellatos, & hoc ſi ita ſeſe non haberet, non ſine audaciæ crimine de ſe ipſo dicere potuiſſet: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti 5): & imprimis volo omnes homines eſſe ut & ego ipſe, & bonum eſt homini uxorem ſi non adtingat; Nam ſi ſe ipſum non noverit immu-

2) 1. Cor. 9, 5.

3) Phil. 4, 1, 2.

4) Act. 7, 5. 7.

5) 1. Cor. 11, 1.

immunem a cohabitatione mulieris, quomodo reliquos, quos cupiebat omnes, ut essent uti ille ipse, adhortatus esset, ut manerent uti ipse, sine uxore videlicet neque illam tangerent, cum tamen ipse uxorem habuisset? & quomodo, quod ipse non possesserit, & in quo se ipsum non exercuerit a quoque non abstinuerit, aliis potuisset proponere agendum atque custodiendum & semet ipsum in exemplum, quod imitarentur, adducere? Nullatenus profecto: unde igitur clarissime patet, quod, semet ipsum purum agnoscente, & Sponsam suam carnaliter secum non fuisse junctam, sibi conscio, in eundem gradum castitatis profectus, alios quoque, non Scortatores aut lascivos adhortatus sit, ut imitarentur, sed potius carnis concupiscentiam ut seponerent, & quia omnes esse, sicut & ille ipse, cupiebat, generaliter dixerit: Fœminam non adtingere bonum est, maxime autem Sacerdotibus, quippe quos oportet majorem adhibere curam inserviendo Evangelio, ex quibus illis autem sive Episcopis, sive Sacerdotibus, nolentibus manere, sicut ille ipse, unam solam uxorem solummodo ut ducerent, præceperit, ut infirmiores juventutisque annis adhuc existentes carnis concupiscentiam suffocare studeant, ne decipiat caro ad peccatum, fœmina in illum finem creata.

§. 35.

Hinc Apostolus iis, qui Episcopalem aut Sacerdotalem in ordinem intrandi & curam gregis rationi innixam habendi desiderio tenentur, præcipiens, dixit, unicam modo ut ducerent, sive unius uxoris mariti ut essent, & hoc quidem ex concessione proposuit, propter carnis infirmitatem, ut, ne se ipsos omnino concupiscentiæ appetitus carnalis dederent, illos prohiberet: quare &

re & apprime Sacerdotibus convenit illud ejusdem Pauli: solutus ab uxore, non quæras uxorem: Cupientes enim voluptatibus intemperanter dediti, conjungi cum secunda aut tertia fœmina, curam, quam in spiritualibus omnino omnem habere oportet, negligunt, cogitationesque ac animum in id modo intendunt cura carnalium majori districti, quo uxori sint placituri, quomodo vivent aut alant progeniem suam eamque bonis artibus virtuti inservientibus instruant, ne dicam, & ipsam electionem, quamnam nempe uxorem amplectantur, ipsos sæpius non levi distrahere cura.

§. 36.

Proinde Sacerdotes, ne plurimas in curas se projiciant contenti sint una, pariter ac Diaconi quos quoque unius uxoris maritos esse oportet, & hoc ideo, ut majori incumbant studio, quo Deo placeant & non fœminæ.

§. 37.

Et cum Apostolus patribus virginum persvaserit servare eas in virginitate, & bonis ac vere viduis in Deum unice sperantibus, quæque primæ fidei naufragium non fecerant, ut perseverarent in obsecrationibus & precationibus die noctuque, curam tamen liberorum laudans, & veras eas viduas enuncians, quæ primam fidem non rejecerant, neque carnalem cupiditatem temperantiæ ac abstinentiæ antetulerant; juniores vero viduas rursus nubere cupientes merito reprehenderit, easque rejicere jusserit, quoniam lascivire exorsæ adversus Christum, nubere volunt, atque adjecerit, eas esse damnan-

damnandas, quod primam fidem irritam fecerint, imo nonnullas deflexiſſe ac Satanam eſſe ſecutas; quanto minus ergo credendum, Epiſcopos, Sacerdotes ac Diaconos non admonuiſſe, ab uxore nempe ut abſtineant; ſed iis permiſiſſe, quamvis non plures ſimul, ſaltem ſucceſſive tamen in matrimonio habere uxores, & curam non potiorem habere ſpiritualium, & abſtinentia alienari, cupiditatibus autem deditum eſſe, carnemque nullo modo per temperantiam ſubigere, contra Chriſtum non eſſe, nec damnationem, quod primam ſcil. fidem rejecerint 1): Nullo certe modo hoc credendum; Sed Paulus, Sacerdotes abſtinere & carnalem cupiditatem non anteferre cupiens, dixit: Oportet Epiſcopum Diaconumque unius fœminæ virum eſſe, ut Chriſtum ſeque ipſum imitari poſſint, & ſint absque ſollicitudine, curam modo habentes eorum, quæ ſunt Domini, quomodo placituri ſint Domino, quum contra qui ducunt uxorem ſint ſoliciti eorum quæ ſunt mundi, quomodo placituri ſint uxori: cœlebes enim eorum agunt curam quæ ſunt Domini, ut ſint ſancti tum corpore tum ſpiritu 2).

1) 1. Tim. 5, 11.

2) 1. Cor. 7, 32. ult.

§. 38.

Et hæc quidem eum in finem minime ſcripſi, ut quemnam reprehenderem, a quo ſcopo plane ſum alienus, ſed ut rationes adducerem quibus Sacerdotes noſtræ Eccleſiæ ſeculares permoti, ſecundum aut tertium matrimonium inire abnuunt. Si quis vero intemperantia cupiditateque carnali victus primam fidem rejicit & curam habet carnis ſecundæque fœminæ ducendæ, amplius Evangelii myſteriis ſervire nequit, quippe qui prætulit ſpiritualibus carnalia, & uti jam antea diximus,

probus cœlebs & proba innupta majori ſtudent cura, ut quum anima tum corpore ſancti & ſanctæ inveniantur, & Domino ſerviant ipſique placeant, quam in matrimonio conſtituti, ſicut Apoſtolus dixit. a)

a) 1. Cor. 7, 34.

§. 39.

Hic vero Sacerdotes matrimonio ſe jungentes habitant in Civitatibus & pagis, ac in ſobrietate omnique virtute ac Sanctimonia, uti decet, ſecularibus prælucent illisque exemplo ſunt. Vivunt ex propriis bonis & quicquid Eccleſia eorum valeat exhibere, multi uti cupiunt, plurimi uti poſſunt de auxiliis eccleſiaſticis, proventibus ſcil. Baptiſmi, copulationum, funeralium & precationum quas fundunt pro Chriſtianis ſive publice ſive privatim, pro quibus ſecundum cujuscunque facultates voluntarie & affatim ipſis donatur.

§. 40.

Ex his vero quoad juncti ſunt fœminæ, nemo ad Epiſcopalem gradum adſcendit, & quidem nulla alia ex cauſa, quam quod Monachalis ordinis Sacerdotes, a curis mundanis atque domeſticis non prehenſi ut Seculares Paſtores, majorem Eccleſiæ curam queant præbere. Neque ab initio plantandæ Eccleſiæ multi Epiſcoporum fœminas habuere, quod pariter ex Hiſtoria ac ſacra Scriptura evincere licet, ut Timotheus ætate minime provectus, Titus & Clemens, qui uxoribus non fuere alligati. Ætatem quod adtinet, ratio ejus non adeo habetur, ſed requiritur ſolum, ut ſint pii, Zelotæ, Studioſi Spiritualium, puræ ac immaculatæ vitæ, atque in Sanctimonia ambulent; ut reliquis ſint bono exemplo, præterea vero a Deo cum Propheta audiant: Ne dicas: Juvenis ſum. b)

b) Jer. 1, 7. 1. Tim. 4, 12.

§. 41.

§. 41.

Hic ritus Sacerdotii, propter ineffabilem Sacerdotalis auctoritatis gratiam, per quam operans ipse Deus perficit sua mysteria, & remittit & retinet hominum peccata, mysterium nobis dicitur quartum.

CAP. V.

De Pœnitentia.


Τρεις οι μαρτ
Iω. ε' 7.
Tres illi testantes.
Ioh 5.7.
Ἐξ ὑπερτομῆς ἀγγέλου ἀναστὰς βαπτίσθητι καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου
Act. 22. 16.
Ἐξ ὑπερτομῆς ἀγγέλου ἀναστὰς βαπτίσθητι καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου
Act. 22. 16.
Surge baptizare
Ioan. 1. 33.
Qui Baptizat hic est
Ioan. 1. 33.
Ἐξ ὑπερτομῆς ἀγγέλου ἀναστὰς βαπτίσθητι καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου
Act. 22. 16

§. 2.

Deus enim Principatus ac poteſtates & imperia non ſolum inferni, ſed etiam hujus mundi triumphans de eis palam oſtendit, atque traduxit, & deleto quod adverſum nos erat, chirographo: quod inquam nobis erat contrarium, ipſe cruci affixum e medio ſuſtulit, per ſanguinem Jeſu Chriſti Filii ſui 1), quem, quamvis non novit peccatum 2) pro homine peccatum fecit, ut nos efficeremur Juſtitia Dei in eo 3).

1) Col. 2. 14. 15.
2) Eſ. 53, 6. &c.
3) 2. Cor. 5, 21.

§. 3.

Hunc ſuum Filium unigenitum, quem ſecundum Scripturam mori oportebat pro mundo, tradidit, ut ſit hominis Salvator & expiator propter peccata ejus 1). Homo autem exuat veterem hominem cum operibus ſuis & induat novum 2), qui renovatur ad agnitionem congruentem imagini ejus; qui ipſum condidit 3), qui eum creavit ſecundum imaginem ſuam 4), & pretioſiſſimo ſanguine Filii ſui purgavit 5), quique eum adoptavit, cohæredemque 6) per fidem in Chriſtum conſtituit ex mera gratia 7), ac confirmat per Spiritum ſanctum 8) exornans eum ſecundum gratiæ ſuæ ac gloriæ divitias, ſapientia & virtute ut corroboretur in interiore homine, per Spiritum ſuum 9), quem effundit in eum opulenter per Jeſum Chriſtum 10), qui & ducit eum, poſthac, ne ambulet in vana ſua & excœcata ac confuſa mentis cogitatione, ut antea 11), ſed illuminatus in cogitationibus ſuis per Spiritum, & purificatus ab omni corruptione rationis, cupiditatum, iracundiæ & impuritie animæ 12), novus efficiatur, ſpiritualiter ſecundum novum hominem, qui ſecundum Deum conditus per Ser-

1) Gal. 1, 4.
2) Eph. 4, 22. Gal. 2, 16. 21.
3) Col. 3, 10. Rom. 6, 4.
4) Gen. 1, 27.
5) Hebr. 9, 14. 1. Petr. 1, 19.
6) Rom. 8, 17.
7) Rom 3, 27.
8) Eph. 3, 16.
9) Eph. 3, 16.
10) Tit. 3, 6.
11) Eph. 4, 17.
12) 1. Joh. 1, 7. Eph. 5, 26. 27.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0184
DFG

Sermonem Dei vivum in justitia & sanctitate 13); qui & album eum reddit, uti nivem 14) tegit multitudinem peccatorum propter amorem in hominem, quare & eis se invicem ut ament, dedit mandatum 15), & tribuit virtutem ex altissimis, immoralem & incorruptibilem reddit 16), induit eum armis lucis & justitiæ 17), ut pie recteque incedat, omnis boni operis fructum proferendo 18) & indutus tota armatura Dei possit consistere adversus insultus Diaboli 19) circumcinctus lumbis balteo veritatis, amictus thorace justitiæ 20), & calceatus pedibus, ut paratus sit ad Evangelium pacis, imprimis autem corroboratus per potentiam roboris Dei, ut super omnia adsumat scutum fidei, quo possit omnia jacula ignita Diaboli extingvere; Galeamque salutis accipiat, & gladium Spiritus, quod est verbum Dei 21).

13) Eph. 4, 24.
14) Es. 1, 18.
15) 1. Petr. 4, 8.
16) 1. Cor. 15. leg.
17) Rom 6, 13. cap. 13, 12. Eph. 6, 11.
18) Col 1, 10.
19) Eph. 6, 11. usque 16.
20) 1. Thess. 5, 8. Es. 59, 17.
21) Eph. 6, 11, 17.

§. 4.

Fidelis adeo regenitus per Baptismum, & totus Christo indutus, sit verum Templum sanctum 1) & Domus Dei, superstructa super angularem vivum lapidem 2), ex bonis operibus & mandatis congruenter coagmentata, in qua per fidem omnis plenitudo Deitatis 3) habitat, in qua ipse Deus inambulat, seu operatur in homine per Spiritum Sermonis vivi Dei; quo & ille ipse veluti lapis vivus ædificetur per sanguinem Christi, in domum spiritualem, regale, Sacerdotium sanctum, genus electum & populum quem Deus sibi ut proprium vendicat: ut virtutes prædicet illius, qui eum vocavit e tenebris in admirabilem suam lucem 4), & ut sit totus Sanctus 5), totus domui novæ inædificatus, totus radix novæ plantæ fœcundæ, consors Sanctorum ac concivis,

1) 1. Cor. 6, 19. 20.
2) Eph. 2, 20.
3) Eph. 3, 17.
4) 2. Cor. 6, 16. 1. Petr. 2, 4-9.
5) Lev. 11, 44.

civis, in certamine unanimis & reportato victoriæ trophæo, regni cœleſtis ac munerum Dei cohæres 6).

6) Eph. 2, 19. 1. Cor. 9, 25. Phil. 3, 14.

§. 5.

Tali modo homo ſi totus exiſtit purus ac regenitus, templum eſt vivum Dei, in quo Spiritus habitat 1) ad corroborandum eum atque illuminandum, monſtrandumque ei viam per aſſiduam ac continuam ſacræ Scripturæ lectionem 2), quam legere omnis Chriſtianus ac ſcrutari debet, ut inveniat Dominum 3), & quidem toto ex corde omnique mentis attentione, ſicut cervus glocitans adſpirat ad alveos aquarum 4): quippe qui ex continua & quotidiana lectione viam Domini addiſcit, & ejus Mandata in ſacra Scriptura deſignata, obſervabit 5).

1) 1. Cor. 3, 16.

2) Pſ. 119, 97. Luc. 16, 29.

3) Joh. 5, 39. 2. Tim. 3, 15. Eſ. 8, 20.

4) Pſ. 42, 1.

5) Eſ. 48, 17. 18.

§. 6.

Et quoniam homo per Baptiſmum Chriſti enumerato modo ſanctificatur; eam ob cauſam & jam ſancte eum ambulare oportet, ſicuti & Chriſtus ſanctus fuit, ſancteque ambulavit 1); & ſicuti regenitus & repurgatus eſt a Chriſto, ita quoque in nova vita & ut nova creatura, quæ facta eſt, vivere oportet. Nam in Chriſto Jeſu neque circumciſio quidquam valet, neque præputium, ſed in fide nova creatura 2): Si quis igitur eſt in Chriſto, nova creatura eſt: vetera præterierunt: ecce nova facta ſunt omnia 3); & ſicuti novum hominem induit 4), ita & in nova vita ambulare eum oportet 5); & ſicuti myſterium fidei accepit & profeſſus eſt, ita & in munda conſcientia tenere ac immaculate ſervare incumbit 6); & ſicuti novi fœderis factus eſt Filius;

1) Lev. 11, 44. 1. Petr. 1, 15. 16. Col. 2, 6. 1. Joh. 2, 6.

2) Gal. 6, 15.

3) 2. Cor. 5, 17.

4) Col. 3, 10.

5) Rom. 6, 4.

6) 1. Tim. 3, 9.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0186
DFG

Filius; ita quoque secundum præceptum novum novi fœderis debet incedere 7): Quamvis hoc præceptum non est novum, neque observatu difficile, secundum illud Apostoli: Præceptum novum non scribo vobis, sed præceptum vetus, quod videlicet habuistis jam inde a principio: vetus hoc præceptum, sermo ille est, quem audivistis jam inde ab initio 8): Hæc est charitas Dei, ut præcepta ejus servemus, & præcepta ejus gravia non sunt 9); quod & ipse Dominus adfirmat, dicens: Jugum meum facile est, & onus meum leve est 10; & sicuti verus Patris Filius est factus; ita & eum ipsi auscultare oportet 11), ejusque præcepta servare, eum imitari, & interne & externe 12); & sicuti factus est particeps vocationis Ecclesiæ cœlestis Sanctorum per fidem 13), unctusque & obsignatus oleo gratiæ Spiritus sancti; ita & principium quo sustentatur firmum retinere debet ad finem usque 14); & sicuti recepit Christum, ejusque factus est particeps 15); ita & ejus voluntatem sequi, necesse est 16), ut placeat Deo 17), aversus ab omni carnis cupiditate, quæ pugnat adversus animam 18), & sciat se ipsum custodire, & vas suum possidere in sanctificatione & honore; non in morbo cupiditatis, sicut gentes, quæ non noverunt Deum, quia Deus eum non vocavit ad impuritatem, sed ad sanctificationem 19), & sicuti liberatus est a scripta umbratili & statuta lege inutili externi hominis 20) & amplexus est secundum internum hominem, veram evangelicæ libertatis legem 21), quam maxime stabilivit Deus noster per Apostolos suos, lege scil. non destructa per fidem, quod absit, sed confirmata 22); ita caveat, ne liberatus a peccato, & servus factus justitiæ, de novo servus fiat externæ legis peccati 23, & regnet peccatum in mortali suo corpore, ut obediat ei in cupiditatibus ejus 24):

7) Joh. 13, 34. Rom. 8, 14. Col. 2, 6.
8) 1 Joh. 2, 7.
9) 1. Joh. 5, 9.
10) Matth. 11, 29, 30.
11) Prov. 23, 26.
12) Eph. 5, 1. Luc. 6, 35.
13) Hebr. 3, 1.
14) Hebr. 3, 6. 14. 2. Petr. 1, 10.
15) 2. Petr. 1, 4.
16) Col. 2, 6. Hebr. 6, 48.
17) Rom. 12, 1. 2. Cor. 5, 9.
18) Rom. 7, 23.
19) 1. Thess. 4. 4. &c.
20) Rom. 6, 14-16.
21) Rom. 8, 12. 13.
22) Rom. 3, 31. Matth. 5, 17. 18.
23) Gal. 5, 1.
24) Rom. 6, 12.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0187
DFG

Nam non eum in finem est redemtus, ut inserviat peccato 25) & obediat, & sequatur carnalem hominem corruptum, ut antea 26); sed imitando spiritualem, quantum fieri potest, sequatur eum, obediat ac serviat, quum binis dominis servire impossibile sit 27): & hæc est obedientia & spiritualis operatio, ut non solum credat in Christum, sed etiam mandata ejus servet 28); Non enim omnis credens & dicens: Domine, Domine, attamen peccans, fidelis est, & introibit in regnum cœlorum: neutiquam: sed faciens voluntatem Patris, qui in cœlis est, ejusque mandata servans, ille vivet in æternum, eritque hæres regni cœlestis 29); custodiens enim mandata ejus custodit animam suam, spernens autem vias suas, supplicio adfectus morietur 30): qui occupatus est die noctuque in lege Domini 31), ex qua necesse est, ut colligat fructus fidei, scil. virtutes, quibus internum magis oportet hominem ornare quam externum, ac in iis lætatus 32), crescat tanquam arbor plantata ad rivos aquarum, fructum in tempore suo editura, cujusque folia semper floritura non decident 33); & uti arbor frugifera secundum processum aquarum radices suas mittens 34), & sicut oliva virens in domo Dei, confidens benignitati Dei in seculum & sempiternum 35); qui bibit de spiritualibus pulchre fluentibus undis Scripturæ, adflatu Spiritus sancti scriptæ 36), & instar bonæ arboris, fert fructum fidei per bona opera, spiritualem 37); & quotidie se purificans, præbet membra sua, quæ olim stiterat serva impuritati & iniquitati, ad aliam atque aliam iniquitatem, nunc serva justitiæ ad sanctimoniam 38); qui semet ipsum ita mundum ac purum conservat, uti ex regeneratione Baptismi castus ac sanctus exiit, ne unquam contristet Spiritum sanctum Dei, per quem obsignatus est in diem redemtionis

25) 1 Cor. 6, 20. cap. 7, 23. 22. Rom. 6, 6. 2. Petr. 2, 19. 20.
26) Eph. 4, 22.
27) Matth. 6, 24.
28) 1. Joh. 3, 23. cap. 2, 6.
29) Hos. 8, 2. Rom. 2, 13. Matth. 7, 21.
30) Prov. 11, 5. cap. 19, 16.
31) Ps. 1, 2. Ps. 119. tot.
32) Ps. 19, 8. 9.
33) Ps. 1, 3.
34) Jer. 17, 8. 9.
35) Ps. 52, 10.
36) 2. Petr. 1, 21.
37) Matth. 7, 19. Gal. 5, 22. Phil 1, 11. Jacob. 3 17.
38) Rom. 6, 13. 19.

onis 39), & semel illuminatus, confitendo promisit, se servaturum mysterium fidei in munda ac pura conscientia, siquidem gustavit donum cœleste, & particeps factus est Spiritus sancti 40), qui proinde ut modo natus infans adpetit lac illud, non corporis sed animi, quod dolum nescit 41), ut per illud crescens vivat usque ad finem, & sic inculpatum, absque dolo, & victorem se sistat coram Throno magnificentiæ Dei 42), qui vocavit eum, purgavit & sanctificavit sanguine Christi 43), ut serviat ei in novitate Spiritus & non in vetustate literæ 44).

39) Eph. 4, 30.
40) Hebr. 6, 4.
41) 1. Petr. 2, 2.
42) 1 Thess. 5, 23.
43) 1 Joh. 1, 7.
44) Rom. 7, 6.

§. 7.

Et sicuti ab isto die (quo nempe baptizatus) spiritualis factus est homo, spiritu operante in eo impellenteque ipsum exequi opera spiritualia 1), & uti, qui secundum carnem in veteri nati fuerunt testamento, non sequuti sunt legem carnalem sed spiritualem: Ita etiam regenitus ex aqua & Spiritu, spiritualem oportet sequi legem 2); Lex enim Spiritualis vitæ per Jesum Christum liberavit eum a lege peccati & mortis, ut non amplius secundum carnem ambulet, sed secundum Spiritum, nec in carnis cupiditate versetur, sed examinet, quid placeat Deo, illudque peragat semper, quo possit stare coram Deo innocens 3): Sed eheu! fidelem hominem vel ignorantem, quod sit Domus Dei 4), vel regenitum non credentem, quod debeat post baptismum in puritate & pietate, quoad fieri potest, Christi imitari vitam, si etiam una cum ipso vivere cupiat 5); indeque sæpius facientem, quæ efficere non decet, quia per effectus peccatorum est corruptus 6), non considerans dictum: Si quis templum Dei prophanat, illum perdet

1) Phil. 2, 13. 1. Cor. 12, 6, 11 Rom. 8, 14. Gal. 6, 8.
2) Rom. 8, 12. 2. Cor. 3, 6.
3) 1. Thess. 5, 21. Phil. 4, 8.
4) Hebr. 3, 6. Rom. 6, 3. 1. Joh. 2, 6.
5) Rom. 6, 11. cap. 8, 8. 10. Col. 2, 6. Phil. 2, 12.
6) Rom. 1, 21. c. 6, 12. cap. 8, 6. 7. Eph. 4, 17.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0189
DFG

Deus 7), eumque, cum ex gratia Filius Dei & domus lucis factus 8), iterum serviendo peccatis, Filium iræ & domus tenebrarum fieri 9): Omnis enim qui facit peccatum est servus peccati 10), servus autem non manet in domo in æternum 11), totumque delabi ex gratia ad iram, ab amicitia ad inimicitiam, a justitia ad condemnationem, ex manibus Dei in manus Diaboli, e Regno Dei in Regnum Dæmonis Principis atque Auctoris malorum, & ex cultore Dei fieri Cultorem Diaboli 12).

7) 1 Cor. 3, 17.
8) 1. Thess. 5, 5.
9) Luc. 11, 34.
10) Rom. 6, 16. Joh. 8, 47. 1. Joh. 3, 8.
11) Joh. 8, 35.
12) Mal. 3, 8. 9.

§. 8.

Hic, qui iniquitates perpetrandi desiderio tenetur, nulla ex re majorem animæ capit voluptatem, quam, si quis homo idemque ad mala peragenda proclivis, peccando ipsi servit, sanctissimæ omnipotentis faciei intuendæ facultate se ipsum privat atque ingratum ac impurum vas exosis suis peccatis Deum convitiari ejusque gratiam respuere, majoris sibi emolumenti arbitratur, quam obedire gratiæ Dei justificanti & manuducenti, ut sequatur sancteque ac pie vivat, ac ille ipse. a)

a) Es. 48, 17. 18. Ps. 143, 10.

§. 9.

Peccatum igitur, & quidem illud, quod homini perfectam mortem ac in omne æternum duraturam, attrahit est, quando fidelis post Baptismum scienter ac voluntarie peccatis se servum exhibet, illaque in dies magis magisque auget, de quali homine Scriptura: Cor durum gravabitur rebus glorioſis, & peccator peccato addet peccato 1). Pro duritie sua ac corde quod resipiscere

1) 1. Joh. 5, 16. Syr. 3, 27. cap. 10, 14. &c.

piscere nescit, ipse sibi thesaurum recondit peccator, iram in diem iræ & revelationis justi Judicii Dei 2), &: peccantem in animam suam quis justificabit, & eum qui vitam suam adficit ignominia, quis ornabit gloria? & qui peccat in me vim facit animæ suæ; omnes osores mei amant mortem 3), ille bibet de vino iræ Dei, quod mixtum est mero, ut dicit David: Nam poculum in manu Domini & vinum turbidum est, plenum mixtione, ex quo fudit; verum tamen fæces ejus quas expresserint, bibent omnes improbi terræ 4): Bibet hic quoque ex vino excandescentiæ Dei, & cruciabitur igne & sulphure in conspectu Angelorum sanctorum, & in conspectu Agni; & fumus tormenti ipsorum adscendet in secula seculorum: nec habebunt requiem die nec nocte 5). Ignorans, quod benignitas Dei ad resipiscentiam eum deduxerit 6), & Deum cognoscens, non ut Deum glorificavit 7).

2) Rom. 2, 5.

3) Prov. 8, 36. Syr. 10, 32. sec. græc.

4) Ps. 75, 9.

5) Apoc 14, 10. 11. Es 34, 10.
6) Rom. 2, 4.
7) Rom, 1, 21.

§. 10.

Pro tali peccatore non permissa sunt sacrificia, neque preces, neque salutem, neque introitum in regnum cœlorum, neque peccatorum remissionem exspectandum habet: Insipientes enim, injustitiæ cupidi impii sunt facti, odioque habuerunt doctrinam, quare & redargutioni se obnoxium dedit; de quare iterum Scriptura: Ecce, præmittam vobis mei Spiritus verbum, nota faciam verba mea vobis: Quoniam vocavi & renuistis, & extendi manus & non advertistis; sed abstraxistis vos ab omni consilio meo, & correctioni meæ non acquievistis; ea propter & ego in calamitate vestra ridebo, subsannabo cum advenerit id quod expavescitis: quum advenerit tanquam fremebunda vastatio, & calamitas

lamitas vestra tanquam turbo adventaverit; quum irruerit in vos oppressio & angustia. Tunc invocabunt me, sed non exaudiam, mane quærent me, sed non invenient me 1). Nam si post acceptam veritatis cognitionem volens peccaverit, non ultra pro peccatis relicta est hostia: sed horrenda quædam exspectatio judicii, & ignis fervos, qui devoraturus est adversarios 2), & quia est peccatum ad mortem, non est quod pro illo roges; sciens enim non credidit, Servus autem ille, qui cognovit voluntatem Domini sui, & neque se comparavit, neque fecit ex ejus voluntate, cædetur multis plagis 3); imo & Tyro ac Sidoni erit tolerabilior conditio in die judicii, quam istius hominis 4); illudit enim Prophetas 5), irridet Apostolos 6), deridet Doctores 7), negotiatur cum sacris divinæ Scripturæ sermonibus 8), in in dubium vocat litteras a Deo per Prophetas & Apostolos veteri & novo Testamento, nostram in salutem traditas 9). Novit, qui ejusmodi est, se perversum esse, & peccat, ut suopte judicio sit condemnatus 10), Deum pro perfectione potentiæ suæ robur posse demonstrare, negat 11) Blasphemiam dicit Spiritui sancto, dicens: hoc quidem est possibile, illud autem non: uti & olim Pharisæi dicebant: Hic non ejicit Dæmonia, nisi per Beelzebulem principem Dæmoniorum 12); iniquitates enim suæ ceperunt eum & unusquisque peccatis suis tenetur 13), & quoniam divinas operationes pro nihilo habet, easque physicos adpellat, manet in dubio & peccat semper; Ipse moriatur expers eruditionis, & in amplitudine justitiæ suæ oberrabit 14), crassum enim effectum est cor ejus, & auribus suis graviter audit, & oculi sunt occlusi ejus; ne cernat oculis, & auribus audiat, & corde intelligat, & convertat sese, ut sanem eum 15), cisternam fodit & excavavit eam, dejicietur autem ipse in foveam

1) Prov. 1, 23, 33.
2) Hebr. 10, 26, 27.
3) Luc. 12, 47.
4) Matth. 11, 22.
5) Ps. 105, 15. 1. Thess. 5, 20.
6) Prov. 1, 5, 5.
7) 2 Paralip. 36, 16.
8) Ps. 50, 16.
9) Prov. 1, 13.
10) Tit. 3, 11.
11) Sap. 12, 17.
12) Matth. 12, 24.
13) Prov. 5, 22.
14) Prov. 5, 23.
15) Es. 6, 10. Jer. 6, 10. Act. 28, 27.

foveam quam aliis præparavit 16). Resipiscere noluit, nec revertitur ad Deum, ut Deus ad ipsum revertatur 17). Non adhibet actiones suas, ut revertatur ad Deum suum: Nam Spiritus scortationum in ipso est, & Dominum non agnoscit 18), neque cum ipsi in tempore occasio datur, pœnitentiam agit; quare neque in hoc mundo non solum nullam a Deo accipit remissionem, nam non reperit pœnitentiæ locum, tametsi cum lachrymis quæreret eam 19), neque post mortem, quia in inferno non amplius est locus pœnitentiæ, sed tristitiæ 20), & cum improbus venit in ultimum angorem, etiam Deum contemnit 21), gressus suos rectos esse putavit, sed ultimi in infirmum infernum tendunt 22), in æternum manet condemnatus, nam gressus stultitiæ perducunt ambulantes in ea post mortem in infernum; iter vitæ non expendit, moventur orbitæ ejus ipso imprudente.

16) Ps. 7, 15, 16. Eccles. 10, 8. Prov. 6. leg.
17) Zach. 1, 3. &c.
18) Hos. 5, 4. cap. 4. leg.
19) Hebr. 12, 17.
20) vid. Exempl. Esavi, Gen. 25. cap.
21) Prov. 18, 3.
22) Prov. 5, 5. 6. cap. 6, 25.

§. 11.

Cætera peccata perfectam homini non adtrahunt mortem 1) & Salomon: Judicium exercens paulatim dabas loco pœnitentiæ, non ignorans improbam esse naturam illorum, nativamque malitiam illorum, & nequaquam mutatum iri ratiocinationem in perpetuum; Nam semen erat maledictum a principio &c. deinde: docuisti autem populum operibus hujusmodi oportere ut justus humanus sit, & bonam spem effecisti in filiis tuis, quandoquidem tribuis in peccatis resipiscentiam. Si enim filiorum tuorum inimicos & reos mortis cum tanta adtentione puniviſti, tribuens tempus & modum, quibus abalienarentur a malitia ista; quanta cum accuratione &c. 2).

1) 1. Joh. 5, 17.
2) Sap. 12, 10. &c.

§. 12.

Ejusmodi peccata sunt: quando quis post baptismum sive ex propria voluntate 1), sive ex negligentia, sive persvasione alterius 2), sive ex debilitate naturæ humanæ semper ad peccandum per se proclivis 3), sive Deo ipsum tentante, vel alio alioque modo peccans, resipiscit, & cognoscens separationem suam a Deo, reverti cupit, atque cum eo iterum uniri. Talem vero hominem, qui in modo dicta peccata inciderit, si Deo iterum reconciliari, & perpetuam veniam adipisci cupit, ut secundum Scripturæ effatum, ad unicum ac solum mediatorem Deum & hominem accedat, necesse omnino habere dicimus ac docemus 4), ille enim mediator non habet solum nostra peccata delendi facultatem sed & totius mundi 5), ut per Prophetam dixit: Ego sum ipse, qui deleo defectiones tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor 6); & in animæ contritione 7), firma ac seria pœnitentia, solidaque separatione a malis 8), pura conscientia ac immutabili proposito 9), constanti & cum ardenti ac indubitata fide ad pedes hujus unius ac unici mediatoris se prosternat, flens amare uti Petrus 10), contristatus uti David 11), animi demissus uti publicanus 12), resipiscens uti Manasses 13), offerens se uti innocens Isaac 14), patienter perferens tentationes uti justus Jobus 15), adflictus ut Jacobus ob privationem mystici Josephi h. e. Christi 16), revertens ut Ezechias 17), jejunans ut Ninivitæ 18), confitens coram Deo se dignum omni supplicio ut latro 19) fide accipiens medelam transformationis mentis, ut mulier fluxum sanguinis habens 20), aperiens oculos suos, ut videat veritatem & rectam viam uti cœcus 21), auferens graba-

1) Es. 47, 10. Gen. 6, 5.
2) 1. Cor. 15, 33. Prov. 2, 16. sec. græc.
3) Gen. 8, 21. Sap. 12, 24.
4) 1. Tim. 2, 5.
5) 1. Joh. 2, 2. Rom. 3, 5.
6) Es. 43, 25.
7) Orat. Manass. 11. vers. Eph. 13, 14.
8) 1. Petr. 3, 11. 2. Cor. 7, 10. 11. Eph. 4, 31. Prov. 3, 7.
9) Syr. 49. leg. Prov. 3, 23. Ps 121, 3.
10) Matth. 26, 75.
11) Ps. 6, 6. 8. Ps. 31, 10.
12) Luc. 18, 13.
13) Orat. Man. v. 7.
14) Gen. 22, 7.
15) Job. 1, 2.
16) Gen. 37, 34.
17) 2. Reg. 20, 1.
18) Jon. 3, 5.
19) Luc. 23, 40. &c.
20) Marc. 5, 25.
21) Joh. 9, 3.

grabatum peccati, & ambulans in sanitate animæ, uti Paralyticus 22), intrans statim in piscinam lachrymarum pœnitentiæ uti ægrotantes in porticu Salomonis 23), dicens cum Rege: Similis sum plateæ deserti, sum tanquam bubo vastitatum; adsidue sum similis passeri solitario in tecto 24), defatigatus sum in gemitu meo, feci ut natet totam noctem lectus meus: lachrymis meis spondam meam liquefeci 25), lavatus ut Naeman 26), scrutans Scripturam, quid sibi faciendum sit, ut vitam æternam possideat, ut dives 27), tangens Christum non longe ab homine absentem, uti Thomas 28), ut gustet & videat quam bonus sit Dominus 29), ungens eum Myrrho pretioso confecto ex multis bonis operibus divinis, uti meretrix 30), accendens lampadem fidei oleo Eleemosynarum uti sapientes virgines 31), pulsans januam mystici sponsi, uti mystica sponsa 32), confitens Deo per Sacerdotem scelera sua 33), uti præcepit Spiritus sanctus per Apostolum Jacobum, confitemini alii aliis offensas 34), enuncitate ipsi primi iniquitates vestras per Ministros ejus & delicta vestra; sicut & David confitens dicebat: peccatum meum tibi notum feci, & iniquitatem meam non celavi; inquiebam, confitebor defectiones meas Domino, & tu sustulisti pœnam peccati cordis mei maxime 35), declinans a malo & faciens bona, quærens pacem cum Deo ut adsequatur eam 36), imitans tres maximos illos Reges, Davidem, Ezechiam, & Josiam, ut & Achabum, qui quamvis atrocia commiserant delicta, tamen pœnitentiam egerunt 37). Antequam in ærumnas incidissem, errabam, nunc autem eloquium tuum audio, inquit David 38), ingemiscens uti Publicanus, exclamans toto ex corde uti David, inquiens: ex profundis clamavi ad Te, Domine, exaudi vocem meam, sint aures tuæ adten-

22) Joh. 5, 14.
23) Joh. 5, 4.
24) Ps. 102, &c.
25) Ps. 6, 7.
26) 2. Reg. 5, 14.
27) Marc. 10, 17.
28) Joh. 20, 27.
29) Ps. 34, 9.
30) Luc. 7, 38.
31) Matth. 25, 1.
32) Luc. 11, 9.
33) Luc. 17, 14. Masth. 8, 4. Lev. 14, 3.
34) Jac. 5, 15.
35) Es. 43, 26. 1. Cor. 4, 1. Ps. 32, 5. 6. Es. 6, 7.
36) Ps. 34, 13-15.
37) Syr. 49, leg.
38) Ps. 119, leg.

adtendentes ad vocem precationis meæ 39): Audi orationem meam, aures adhibe ad precationes meas: pro fide tua exaudi me, pro juſtitia tua. At ne congrediaris judicio cum ſervo tuo; nam non eſſet juſtus coram te ullus vivens. Si enim obſervaveris iniquitates Domine, quis impunis erit 40), revertens uti Filius perditus, qui bona paterna, quæ inhæreditatem adeptus erat, dilapidavit, dicens: Pater peccavi in cœlis & coram Te, jam non ſum dignus ut vocer filius tuus, fac me, ut unum de tuis mercenariis 41), in vera peccatorum confeſſione precando dicens: Miſerere mei Deus pro magna miſericordia tua, dele iniquitates meas 42). Aures adtende precationi meæ, a deprecatione mea ne te ſubducas 43), quia adtenuatus ſum valde 44), adſpice adflictionem meam, & condona omnia peccata mea 45): Peccatorum adoleſcentiæ meæ ac ſcelerum meorum ne ſis memor, memor autem mei ſis ſecundum benignitatem tuam, propter nomen tuum o Domine, propitius ſis iniquitati meæ, nam multa eſt. Inclinavi animum meum ad faciendum ſtatuta tua, ut exequar ea in ſeculum, in finem usque, juravi quod præſtabo, me obſervaturum jura juſtitiæ tuæ 46). Tali modo qui precatur animamque ſuam demittit 47), reminiſcens, vindictæ moram non eſſe futuram, quoniam ignis & vermis ſupplicia ſunt impiorum 48), & revertit & ingemiſcit uti Deus per Prophetam dixit: cum converſus ingemueris, tunc ſalvaberis, ac lachrymis ſtratum ſuum liquefacit 49), ac ſine hypocryſi, non uti Pharisæus 50) ac Simon Magus, conciliationem cum Deo, juſtificationem ac remiſſionem peccatorum per pretioſum crucifixi ſanguinem, pura & vera fide, indubitata ſpe, ferventi in Deum amore, & ſeria a malis abſtinentia quærit: (ſine quibus nihil efficit, hæc enim primaria maximeque neceſſa-

39) Pſ. 130. leg.
40) Pſ. 143. 1. &c.
41) Luc. 15. 18. 19.
42) Pſ. 51. leg.
43) Pſ. 54. & 55. leg.
44) Pſ. 142. 5. Syr. 7. 19.
45) Pſ. 25. 18.
46) Pſ. 119. 106. 112.
47) Job. 22. 23. 29.
48) Syr. 7. 19. Marc. 9. 46. Eſ. 66. 24.
49) Pſ. 6. 7. Eſ. 30. 15. ſec. græc.
50) Matt. 23. 26. 28. Act. 8. 9.

necessaria sunt requisita) statim per manus impositionem Sacerdotis, qui ab Episcopo licentiam habet, quando dicit: In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, qui & Apostolis, & per eos nobis tribuit gratiam potentiæ ligandi ac solvendi, sit huic confitenti a Deo Patre & Domino nostro Jesu Christo in Spiritu sancto per me peccatorum remissio: erigitur, absolvitur, justificatur, & conciliatur, & hoc ita fieri firmiter ulloque sine dubio credimus.

Precationes quæ supra confitentium capita leguntur.

Deus Salvator noster, qui per Nathan Prophetam Davidi de propriis peccatis pœnitentiam agenti concessisti indulgentiam, & Manassis Orationem pœnitente animo profluentem pro ea, quæ tibi est clementia exaudivisti: ipse & Servum tuum N. de iis quæ commisit peccata pœnitentiam agentem solita tibi clementia suscipe; ne respicias ad ea quæ egit; Tu qui injustitias remittis, & præteris iniquitates. Tu enim dixisti Domine, nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur ut vivat, dixisti quoque peccata & septuagies septies remitti: Quoniam igitur ut incomprehensibilis tua est magnitudo, ita & misericordia: Si enim iniquitates observaveris quis sustinebit? Quia tu es pœnitentium Deus, tibique gloriam referimus, Patri, Filio & Spiritui sancto: nunc & semper & in Secula Seculorum, Amen.

Alia Oratio.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, Pastor & Agne qui tollit peccatum mundi, qui duobus debitoribus mutuo acceptum remisisti, & peccatrici delictorum ejus indulgentiam largitus es: ipse Domine, relaxa, remitte, condona peccata, iniquitates, delicta sponte & imprudenter, scienter & ignoranter ex obedientia ac legum tuarum transgressione commissa: & si quid ut homines carnis infirmitate circumdati & mundi incolæ a Diabolo, sive in verbo, sive in facto, sive ejus sciente aut ignorante, decepti, commiserunt, aut Sacerdotis verbum spreverunt, aut ejusdem aut patris aut matris aut aliorum maledictioni subjecti sunt, aut in propriam suam execrationem inciderunt, aut jurejurando se adstrinxerunt: Ipse ut bonus & perpetratorum immemor Dominus Servos tuos absolve, relaxa eos ab Anathemate & jurejurandi crimine pro magna misericordia tua. Ita fiat, benigne Domine, adtende ad nostras preces clementiam tuam pro famulis tuis poscentes; & ut summe misericors qui es, ad cuncta eorum peccata ne respicias, sed libera eos ab æterna damnatione: Tu enim dixisti Domine: Quæcunque ligaveritis in terra, erunt ligata in cœlo: & quæcunque solveritis in terra, erunt soluta & in cœlis. Quia tu solus es absque peccato, & tibi gloriam referimus Patri & Filio & Spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum Amen.

Alia

Alia super Confessos Oratio.

Domine Deus noster, qui Petro & meretrici, lachrymis peccatorum remissionem quærentibus, eam largitus es, & Publicanum sua fatentem scelera justum reddidisti: confessionem Servi tui N. clementer suscipe. Et si in aliquo facinore spontaneo, involuntario, verbo, facto aut cogitatione prehendi se passus est, ut bonus ac misericors Deus remitte; quia tu condonandi peccata facultate polles: & tibi gloriam referimus, cum principio carente tuo Patre cum sancto & omnia vivificante Spiritu; nunc & semper, & in Secula seculorum Amen.

Ex his precatiunculis vel similibus, sive unica sive omnes tres leguntur, nam an legatur una vel omnes, perinde ac adiaphorum nobis est, easque, quæ quasi sacrificia cordis sunt & orationes, quæ ex corde fiunt 51), & alia bona opera ex fide profluentia, ad diligenter curandam suam salutem, hominibus, quibus serius animus est convertendi ac seriam pœnitentiam agendi, maxime necessarias esse putamus: quare & Paulus Philippenses ut salutis suæ curam haberent exhortans, admonendo inquit: Proinde, dilecti mihi, prout semper obedistis non ut in præsentia mea solum, sed nunc multo magis in absentia mea, cum timore ac tremore vestram ipsorum salutem conficite 52). Salomon ait: qui confidet in Domino pinguis efficietur, & qui ambulat sapienter is eripiet se 53), & iterum Paulus:

51) Ps. 51. leg.

52) Phil. 2, 12. Rom. 11, 20. Hebr. 12, 25.

53) Prov. 28, 25. 26. cap. 3, 5. 6.

lus: videte igitur, quomodo circumspecte ambuletis,
54) Eph. 5, 15. Col. 4, 5. non ut insipientes, sed ut sapientes 54).

§. 13.

Et hoc quidem ideo necessarium esse arbitramur, ut fides in eo ipso tempore sit efficax, per quam Deo placemus; sine fide enim fieri non potest, ut ullus homo ipsi placeat, nam ille qui accedit ad Deum, hunc credere oportet, esse Deum, eumque esse remuneratorem
1) Hebr. 11, 6. Ps. 34, 4-7. quærentibus eum ex corde 1) ac servientibus ei 2): Uti
2) Es. 18. leg. Prov. 8, 17. & in omni Scriptura a Deo inspirata docemur, ut non
3) Gal. 5, 6. Rom. 6, 22. theoreticam modo fidem habeamus, sed efficacem ac practicam 3), qua praxi fides perfecta redditur secundum divum Jacobum dicentem: vides fidem administram fuisse operum ipsius (Abrahami videl.) & ex operibus fidem ad finem perductam esse
4) Jac. 2, 22. 4): Nam fides bonis destituta operibus mortua est per se ac sterilis, & omnis arbor fructum non ferens bonum scindetur, & in
5) Luc. 3, 9. ignem conjicietur 5), sic & fides nisi efficacem se præbet
6) 1. Cor. 13, 13. in amore, qui est omnium maximum bonum opus 6). Sed dicet aliquis, tu fidem habes & ego facta habeo, ostende mihi fidem tuam ex factis tuis, & ego ostendam tibi ex factis meis fidem meam; videtis igitur ex factis justificari hominem & non ex fide solum. Quemadmodum enim corpus sine Spiritu mortuum est: ita & fides absque factis mortua est: Nam in Christo Jesu
7) Gal. 5, 6. neque circumcisio quidquam valet, neque præputium, sed fides per charitatem efficax. 7)

§. 14.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0200
DFG

§. 14.

Quamvis autem in eodem tempore ac hora in qua irregenitus sive impius, qui quoad nomen solum differunt, pœnitentiam agit Christumque per fidem amplectitur (nam quod nos salvat etiam fides est) †) fides non videatur esse secundum externam speciem efficax; tamen intrinsecus bonus scopus quem habet per divinam virtutem in posterum bonum efficaciter operandi, ipse operatur ac adjuvat in illa hora fidem, quem vidente Deo, qui novit profunda ac scrutatur corda & renes 1) dispositionem bonam animæ a parte hominis, & fidem, quam in confitendis peccatis adhibuit clementer adspicit, & pro magna sua ac nunquam non exhaurienda misericordia in sanguinem Filii sui, per quem habemus redemtionem & peccatorum remissionem omnes 2), remittit ipsius peccata, justificat, conciliat, ac salvat eum: uti per Prophetam ipse dicit: vidi vias ejus, ac sanavi eum 3).

†) Basilius in trium Hypostasium adhort, 18. fol. 264.

1) Apoc. 2, 23. Act. 1, 24.

2) Rom. 3, 24. cap. 10, 4.

3) Esa. 57, 18.

§. 15.

Deinde quoque & ideo necessarium esse putamus, ut homo resipiscens mutandoque mentem suam revertens, dirigat vias suas secundum gratiam, quam iterum amplexus est, ut Propheta admonet: Tu ergo ad Deum tuum convertere; benignitatem & judicium observa, & exspectationem habe in Deo tuo jugiter 1), & accedens ad Deum sacrificia & preces, quas vel ipse fundit, vel ab aliis pro eo fiunt, sunt Deo acceptæ, secundum Prophetam ita loquentem: Requirite Deum, quum præsto est; invocate eum, quum est propinquus

1) Hos. 12, 7.

pinquus 2): Alienigenas vero qui adjunxerint se Deo ad ministrandum ei, & ad diligendum nomen Domini, ut sint ei servi, quisquis observaverit Sabbathum ne prophanet illud, & apprehendentes fœdus meum; adducam ad montem sanctitatis meæ, & lætificabo eos in domo (scil. in Ecclesia) orationis meæ; holocausta eorum & sacrificia eorum quæ Spiritu contrito & fracto animo fiunt 3), in odorem bonæ fragrantiæ 4), in hostiam viventem, sanctam Deoque acceptam, rationalem cultum 5), accepta mihi erunt in altari meo 6). Si enim cum scientia prosequamur, ad cognoscendum Dominum, tamquam auroræ comparatus est exortus ejus 7); & quisquis clamaverit, precando: Invocantem me exaudi, justitia mea, clamantem eum Dominus exaudiet, & cum adhuc loquitur, dicet: ecce adsum 8), & in tempore accepto exaudivi Te, & in die salutis occurri tibi 9): In tali igitur bono ac accepto tempore, in quo homini pœnitenti Deus orationem concedit, aliorum quoque hominum preces & orationes multum valent, per Jesum Christum in erectionem pœnitentis.

2) Es. 55, 6.
3) Es. 66, 6. Ps. 51, 19.
4) Lev. 7, 11. Eph. 4, 18. Hebr. 13, 15. 16.
5) Rom. 12, 1.
6) Es. 56, 4.
7) Hos. 6, 3.
8) Ps. 4, 1.
9) Es. 58, 9. 2. Cor. 6, 2.

§. 16.

Ejusmodi in tempore, & de talibus maxime voluit divus Jacobus ut oremus, dicens: Precamini alii pro aliis, ut sanemini 1) & quoniam oratio justorum hominum multum valet, idcirco suo exemplo omnibus persvadens Rex David animæ tristitia confitens orat: Miserere mei Domine quoniam adfligor, & quam ob rem? quoniam novi peccata mea & iniquitates meæ Tibi non sunt absconditæ, inquiebam: confitebor defectiones meas Domino; & tu sustulisti pœnam peccati cordis mei quam maxime. Propter hoc peccatum, quo

1) Jac. 5, 16.

quo tenetur homo longe a Deo precatur in tempore bono ac accepto; quod tempus acceptum est tempus pœnitentiæ & salutis, in quo peccator audit verbum proverbiorum: Fili, time verba mea, eaque amplectens pœnitentiam agito 2); & pœnitens contristatur orans, ut orent & adjuvent eum omnes justi, pii & virtute præditi, preces enim peccatorum non audiuntur 3), testante Spiritu sancto in proverbiis dicente: Sacrificium improborum Domino est abominationi, oratio autem justorum est accepta ei, procul abest Dominus ab improbis, orationem autem justorum exaudit 4): Nam oculi Jehovæ ad justos & aures ejus ad vociferationem eorum adtendunt 5): precatur autem ad Deum unice, qui potest solus remittere ac exstinguere iniquitates & confitentis peccata, uti ipse dicit: Ego, ego deleo defectiones tuas propter me & peccatorum tuorum non recordor 6), nam propinquus est Deus omnibus eum invocantibus, omnibus qui invocant ipsum fide. Placitum timentium se efficit, & vociferationem eorum audiens salutem dat eis 7), & alibi: propter adjumentum justorum maxima fit gloria 8).

2) Prov. 24, 22. sec. græc.

3) Joh. 9, 31. Es. 1, 11.

4) Prov. 15, 29.

5) Ps. 34, 16.

6) Es. 43, 25.

7) Ps. 145, 18. 19.

8) Prov. 28, 12.

§. 17.

Quoniam & ipse Deus per divum Jacobum jubet, ut alii aliis nostras confiteamur defectiones 1), idcirco docemus oportere peccatorem sive privatim sive publice ullaque sine excusatione, coram præsenti spirituali Patre peccata sua Deo confiteri; secundum dictum: detege viam tuam Domino 2), & si adsit ei nuncius, interpres unus ex mille; qui indicet homini æquitatem illius: & de gratia eum adlocutus dixerit; redime eum, nec descendat in foveam, expiatione quam

1) Jac. 5, 16.

2) Job. 31, 33. sec. græc. Ps. 37, 1. &c.

inveni 3). Pater enim spiritualis est adæquatus mediator coram Deo, est enim Minister Dei 4), & Angelus Domini omnipotentis 5), per quem mediate Deus ligandi ac solvendi, retinendi & remittendi munus exercet. Hanc spiritualem a divina virtute dependentem potentiam Spiritualium Christus Petro ac cæteris Apostolis condonaturis dixit ei: dabo Tibi claves regni cœlorum, & quidquid ligaveris in terra, ligatum erit & in cœlo, & quidquid solveris in terra, solutum erit in cœlis 6), & omnibus simul: Amen dico vobis, quidquid ligaveritis in terra, ligatum erit in cœlo, & quæcunque solveritis in terra, soluta erunt in cœlo 7), & iterum omnibus simul, cum post resurrectionem essent congregati, promissionem implere volens, eos adflans dixit: Accipite Spiritum sanctum: Si quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: si quorum retinueritis, retenta sunt 8).

3) Job. 33, 23. 24.
4) 1. Cor. 4, 1.
5) Mal. 2, 7.
6) Matth. 16, 19.
7) Matth. 18, 18.
8) Joh. 20, 22. 23.

§. 18.

Et hanc ob causam spirituali quoque Patri nostro peccata a nobis commissa patefacimus, a divo Jacobo ad id edocti, dicente: alii aliis offensas confitemini vestras, & Paulo: Alii aliorum onera portate: & ita complete legem Christi 1), & Jobo pariter ac Syracho: observa occasionem: & cave a malo, ac ne pudefias pretio animæ tuæ: Nam est pudor adducens peccatum, & pudor est glorioſus & gratus. Ne suscipias personam damno animæ tuæ, ac ne reverearis ad ruinam tuam. Ne prohibeas sermonem tempore salutis, ac ne occultes sapientiam tuam ut bellus videaris; nam sermone cognoscitur Sapientia, & eruditio ex verbis linguæ. Ne contradicas veritati ullo modo, sed verecundia prohibetor

1) Gal. 6, 1, 2.

betor ne mentiaris inopia eruditionis tuæ. Ne verecunderis confiteri peccata tua, neque vim adfer defluxioni fluminis 2), & Spiritus hæc confirmans per Salomonem dicit: pudor est ignominia ducens in peccatum, conciliat quoque gloriam ac gratiam 3). Qui tegit defectiones suas, non prosperabitur; qui vero fatetur & derelinquit, afficietur misericordia 4). Justus ac innocens Jobus quæritur dicens: Si texi more hominum defectiones meas; abdendo ex dilectione mei iniquitatem meam, quod non patefecerim multitudini magnæ 5). Per Prophetam Esaiam ita loquitur ipse Deus: dic tu primus iniquitates tuas, ut justificeris, & ne recordamini priorum vel antiquorum, nam ego ipso deleo defectiones tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordor, revoca in memoriam mihi, disceptemus una, ut justificeris 6). Non enim Deus immediate vult magnalia absconditæ suæ virtutis operari, partim, ne putent homines esse meras operationes physicas, partim, ut etiam peccator audiat a Ministro Dei, quod ipsi, propter veram suam pœnitentiam & in Deo conversionem peccata remittantur.

2) Syr. 4, 23-31.

3) Prov. 26, 11. sec. græc.

4) Prov. 28, 13.

5) Job. 31, 33, 34.

6) Es. 43, 26. sec. græc.

§. 19.

Sacerdos enim expiscans cor confitentis, & videns, illum non esse vere conversum, meliorique ac penitiori sui ipsius cognitione esse adhuc indigentem, privatim ejus vias dirigere potest 1), sicut Nathan Davidis direxit vias; ad hunc eo magis in pietate confirmandum, illum vero in mansvetudine adhortandum 2), uti Paulus dicit: Fratres, etiamsi præoccupatus fuerit homo in aliqua offensa, vos spirituales reconcinnate hujusmodi hominem cum Spiritu lenitatis: considerans

1) Tit. 2, 6. 15.

2) 2. Tim. 2, 25. cap. 4, 2. vid. Gregor. Theol.

unusquisque temetipsum, & ne tu tenteris. Alii aliorum onera portate: & ita complete legem Christi 3); usque dum desistat penitus a malo, & sic ipsi dicere quasi ex ore Dei, queat: peccasti, sed abstine 4); Noli revertere iterum, ne fias statua salis 5); ecce, jam remissa sunt peccata tua 6), sanus factus es: ne pecca amplius, ut nequid deterius tibi fiat 7); & quotiescunque cadis, quoties mens scil. inclinat & peccandi cupidus est, surge, vide, vigila, nosce quid oporteat facere, cave Te ipsum & salvaberis. Sapientissimus Regum Salomon hac de re ita scribit: Nam ut septies cadat justus, exsurgit tamen: improbi vero corruunt malo 8). Quapropter & Paulus dicit: Excitare qui dormis, & resurge e mortuis, & illucescet tibi Christus 9); delevi ut nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua: revertere ad me, & redimam Te: convertemini ad me & salvi eritis omnes fines terræ 10). Impuros autem ac impœnitentes, qui tanquam per consvetudinem & simulato animo confitentur, iisdem in peccatis permanentes, non admittet ad sacram cœnam donec pœnitentiam agant: Maxime enim sibi habet Sacerdos cavendum, ne aliorum peccata sua faciat, secundum admonitionem Pauli Timotheo dicentis: Manus cito ne cui imponito, neque communicato peccatis alienis 11), & Domini nostri Jesu Christi præceptum: ne detis, quod sacrum est canibus, nec projicietis margaritas vestras coram porcis, (nam secretum meum mihi, & meis secretum) 12), ne quando conculcent eas pedibus suis, & conversi lacerent vos 13): Tales enim ornamento nuptiali non sunt vestiti, neque novum hominem, qui secundum Deum est conditus, ad justitiam & sanctimoniam veram, induerunt 14).

3) Gal. 6, 1, 2.
4) Gen. 4, 7.
5) Luc. 17, 32. Gen. 19, 17.
6) Marc. 2, 9.
7) Joh. 5, 14. cap. 8, 11.
8) Prov. 24, 16.
9) Eph. 5, 14.
10) Es. 44, 22. cap. 45, 22.
11) 1. Tim. 5, 22.
12) Es. 24, 16. sec. interpr. St. Hieronymi.
13) Matth. 7, 6.
14) Matth. 22, 11. 1. Petr. 2, 1. Eph. 4, 24.

§. 20.

§. 20.

O! quanto emolumento est talis spiritualis manuductor, si solum pie ac recte consideret homo: nam multa in homine peccata sunt abscondita, quæ pro virtutibus habentur, multaque sibi corda videntur sancta, quorum in interna conscientia ne scintillula quidem Sanctimoniæ reperitur.

§. 21.

Peccator igitur per peccata & præputium carnis suæ 1) mortalis factus, nudique instar ossis omnino existens 2), e profundis & lacu quasi intimo terræ 3), revertens per pœnitentiam, a dextera Dei per sanguinem Christi eductus & extractus 4) vivet iterum in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum 5), a quo medelam accepit & restitutionem sanitatis, cujusque plagis dolorificis sanatus est 6), ædificatus ut antea 7), ablutus ab omnibus peccatis quæ contra Deum commisit 8), qui non recordatur scelerum, quibus in Deum peccavit, & ab ipso recessit 9). Jam plantatus est in fide secundum voluntatem Dei, qui ipsi monstravit aliam viam, & cor aliud indidit, ut timeat eum per totam vitam suam 10); & qui abstulit cor lapideum de carne ejus, & dedit ei cor carneum, ut in præceptis suis ambulet, suaque mandata perficiat, juraque sua observans, illa faciat 11); qui dedit novam legem in ipsius mentem, ejusque in cor inscripsit, perpetuoque amore est prosecutus quo eum adtraxit ad misericordia sua fruendum 12); Adspersus pura remissionis aqua Spiritus sancti purgatus est a sordibus iniquitatum 13); & a Deo sanctificatus

1) Col. 2, 13.
2) Ezech. 37, 3. &c.
3) Ps. 86, 13.
Ps. 30, 3.
4) Ps. 71, 20.
Ps. 107, 14. 16.
Es. 40, 2.
cap. 41, 13.
c. 23 leg. c. 44. leg.
5) Rom. 6, 11.
cap. 8, 5, 10.
6) Jer. 30, 17.
Es. 13, 5.
cap. 30, 26.
7) Jer. 33, 7.
8) Apoc. 1, 5.
Jer. 33, 8.
Es. 55, 7.
9) Es. 43, 25.
10) Jer. 31, 33.
cap. 32, 39.
11) Ezech. 11, 19. 20.
12) Jer. 31 leg.
Prov. 7, 1.
cap. 22, 17.
13) Ez. 36, 25. cap. 39. leg. c. 37. leg.
Ps. 51, 9.

catus factus est ovis sancta 14); qui circumcidit cor ejus circumcisione quæ perficitur non literis, sed Spiritu, quæque fit sine manibus 15), abjecto velamine ab oculis suis salvabitur 16): Deus enim eripuit eum a potestate tenebrarum, ac transtulit in regnum filii sui dilecti 17), & exuto veteri homine, qui sese corrumpit seductricibus cupiditatibus, & induto novo qui secundum Deum conditus est ad justitiam & sanctimoniam veram 18), factus est consors divinæ naturæ 19), habet & possidet mentem Domini nostri Jesu Christi secundum gratiam 20), qui inscripsit legem Domini in corde ejus non atramento, sed Spiritu Dei viventis 21).

14) Ezech. 36, 38. c. 33. leg. c. 34. leg.
15) Rom. 2, 29. Col. 2, 11.
16) Es. 6, 10. Ezech. 12, 2. 2. Cor. 3, 16.
17) Col 1, 13.
18) Eph. 4, 22. 24. Col. 3, 8.
19) 2. Petr. 1, 4.
20) 1. Cor. 2, 16.
21) 2. Cor. 3, 3.

§. 22.

Homo in hunc modum qui pœnitentiam egit, transformavit se per renovationem, a vetusta illa malitia mentis suæ ad hoc ut probet, quæ sit voluntas Dei, bona illa, placens ac perfecta 1) & se dignum reddat nomine novo 2), & Christianus vocari mereatur 3); Si enim aliquis eo quod sit Christianus adfligitur, ne pudefiat, imo glorificet Deum in parte hac 4), scribit Paulus.

1) Rom. 12, 2.
2) Es. 65, 15. Act. 11, 26. cap. 26, 28.
3) 1. Petr. 4, 16. 2. Cor. 1. tot.
4) 1. Cor. 4. leg.

§. 23.

Talem autem hominem, qui adhuc adhortatione ad puriorem pietatem amplectandam eget, Sacerdos excitet & ducat ad obedientiam fidei 1), ut in statutis Dei ambulet, juraque ipsius observans faciat, ut sit cum cæteris Populus Dei 2); ut non solum sit verbi auditor, quo semetipsum fallit, sed quoque factor 3), gaudens corde puro & agens in animi submissione pœnitentiam ad

1) Rom. 1, 5. cap. 16, 26.
2) Ezech. 11, 20.
3) Jac. 2, 21.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0208
DFG

ad ſalutem, haud pœnitendam 4), ne accidat ei, quod vero proverbio dici ſolet: Canis revertitur ad vomitum ſuum, & ſus lota revertitur ad volutabrum cœni 5), ſed ut operetur cum timore ac tremore ſuam ipſius ſalutem 6), fidemque efficacem reddat, quo ſit ſemper viva & perfecta in bonis operibus 7), ædificata ſupra petram Chriſti 8), ut Domus prudentis hominis, qui non ſupra arenam ædificavit Domum, neque ex lignis, herbis & arundinibus, quæ ſunt opera mortua, ut Paulus non Miniſtros Eccleſiæ ſolum ſed omnes reſpiciens dicit: Quod ſi quis ſuperædificet ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, cujusque opus manifeſtum fiet: dies enim declarabit, qui in igne revelabitur, & uniuscujusque opus quale ſit, ignis explorabit 9), ſed ſupra firmam ac immobilem lapidem, ſupra fidem Chriſti, qui lapis eſt ille immotus & angularis 10); ut confirmetur ac ædificet domum ſuam, non ex lignis, fœnis, & ſtipulis, nam hæc ſunt illa mortua opera, quæ non ex fide in Chriſtum oriuntur, ſed ex lapidibus firmis, pretioſis, auroque & argento, bonis ſcil. operibus iisdemque non ſimulate, quæ ſunt fructus illi ſpirituales fidei: Omnis enim arbor non ferens fructum bonum, exciditur, & in ignem projicietur, ex fructibus enim ſunt cognoſcendæ 11): Nam qui ſeminat carni ſuæ, ex carne metet interitum: qui vero ſeminat Spiritui, ex Spiritu metet vitam æternam 12); & ſi cujus opus manſerit quod ſuperædificaverit, mercedem accipiet 13); ut ſit repletus, fructibus juſtitiæ, qui ſunt per Jeſum Chriſtum ad gloriam & laudem Dei 14); Spiritu enim ſi ducatur 15), neceſſe eſt quoque ut in Spiritu vivat, ambulet & in Spiritu creſcat 16); ut ſtet perfectus ac completus in omni voluntate Dei 17), & abſtineat ab operibus carnis quæ

4) 2. Cor. 7, 10, 11.
5) 2. Petr. 2, 22. Prov. 26, 11.
6) Phil. 2, 12.
7) Jac. 2, 22.
8) 1. Petr. 2, 4. Pſ. 118, 22.
9) 1. Cor. 3, 12, &c.
10) Matth. 7, 25. Eſ. 28, 16. Eph. 2, 20.
11) Matth. 7, 19, 20.
12) Gal. 6, 8. Rom. 6, 22.
13) 1. Cor. 3, 14.
14) Phil. 1, 11.
15) Gal. 5, 18.
16) Col. 1, 10. Eph. 4, 15.
17) Col. 4, 12.

manifesta sunt 18), & purificetur in sanctimonia, ut sit vas ad decus sanctificatum, & accommodatum usibus Domini, & ad omne bonum opus comparatum 19). Num enim sit possibile, avem una videre ala volantem, claudum sine fulcro ambulantem, & monoculum acriori cernendi sensu esse donatum, quam qui duobus est instructus oculis, vel num sibi quisquam mente possit concipi, sine facie visum, absque splendore lumen, absque radiis stellam, sine orbita solem, sine Præceptore discipulum, sine efficacia fidem, sine bonis operibus fidelem, & Christianum non nomine sed revera talem, sine spiritualibus Dei mandatis? Minime ipse enim Christus dicit: Non omnis ad me dicens: Domine! Domine! intrabit in Regnum cœlorum, talis enim adpropinquat mihi ore suo, & labiis honorat me, cor autem suum procul amovet a me 20); sed qui fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est 21), eosque fratres suos & amicos adpellat 22); Imprimis autem ut fides eorum perfecta reddatur, & ne solum verbis constet vanis, quoniam non ex verbis sed ex operibus fides monstratur viva, efficax ac perfecta; Sicuti & divus Petrus immota Fidei Petra 23) in catena quasi aurea docens dicit: Ad hoc ipsum vero, omni præterea collato studio, adjicite fidei vestræ virtutem, virtuti vero notitiam: notitiæ vero continentiam: continentiæ vero tolerantiam: tolerantiæ vero pietatem: pietati vero fraternum amorem: fraterno vero amori charitatem: Hæc enim si vobis adsint, & abundent, non inertes vos nec infructuosos efficient in Domini nostri Jesu Christi agnitione 24); & Johannes: Deus est lux nec tenebræ in eo sunt ullæ: Si dixerimus nos communionem habere cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur nec sincere agimus. Quod si vero in luce ambulamus, sicuti ipse est in

18) 1. Cor. 6, 9. Col. 3, 5.
19) 2. Tim. 2, 21. cap. 3, 17.
20) Es. 29, 13. Hos. 8, 2.
21) Matth. 7, 21.
22) Joh. 15, 14.
23) Eph. 2, 20. Apoc. 21, 12.
24) 2. Petr. 1, 5-8.

in luce, communionem cum ipso habemus mutuam, & sanguis Jesu Christi Filii ejus purificat nos ab omni peccato 25): Nam ille qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odio habet, in tenebris est usque adhuc. Qui diligit fratrem suum in luce manet, & offendiculum in eo non est: qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat; & nescit quo eat, quia tenebræ ipsius oculos occæcarunt 26): & cui hæc non adsunt, is cœcus est, nihil procul cernens, oblitus sese a veteribus peccatis suis fuisse purificatum 27), ad hoc enim manifestus Filius Dei est factus, ut dissolvat ac destruat opera Diaboli 28), ut ambulemus in operibus ejus, quæ præparavit Deus ante mundum conditum, ut nos custodiant, nosque in iis incedamus 29). Et sic per hæc omnia divinæ consortes facti naturæ 30,) sanctificemus ac glorificemus nomen Domini Dei 31), qui omnes semet ipsos humiliantes æternæ salutis participes reddit, ac mercedes in regno cœlorum ipsis promittens dicit: Beati pauperes Spiritu: quoniam ipsorum est regnum cœlorum, & novem deinde beatitudinum generibus enumeratis concludens adjicit: Gaudete & exultate: quoniam merces vestra multa est in cœlis 32).

25) 1. Joh. 1, 5. 7.

26) 1. Joh. 2, 9. 10. 11. Zeph. 1, 17.

27) 2. Petr. 1, 9. Es. 59, 9. 10.

28) 1. Joh. 3, 8.

29) Eph. 2, 10.

30) 2. Petr. 1, 4.

31) Es. 29, 23.

32) Matth. 5, leg.

§. 24.

Et quoniam opera Dei manifesta sunt, iisque inambulans ac pietatem amplectens (ita ut aperiat cor suum, ut inveniatur totus Christus in corde suo, & ille totus in operibus ac dilectione Christi) non solum promissionem vitæ habeat præsentis sed & futuræ 1), ita quoque ample subministrabitur ipsis introitus in æternum regnum Domini nostri & Servatoris Jesu Christi 2),

1) 1. Tim. 4, 8.

2) 2. Petr. 1, 10. 11. 1. Joh. 3, 18. 19.

quod & Paulus suo corroborat testimonio Timotheo ita scribens: corporalis exercitatio ad pauca utilis est: at pietas ad omnia utilis est, ut quæ promissionem habeat vitæ præsentis ac futuræ, certus est hic sermo, & omnibus modis dignus qui recipiatur 3); & iterum Petrus: Quapropter fratres, potius studete vocationem & electionem vestram firmam efficere: hæc enim si feceritis, nunquam impingetis 4).

3) 1. Tim. 4, 8. 9.

4) 2. Petr. 1, 10.

§. 25.

Et quoniam ex omni sacra Scriptura divinitus inspirata docemur hunc esse coram Deo Patre purum ac immaculatum religiosum cultum, invisere nempe Orphanos & viduas in adflictione ipsorum, & immaculatum sese conservare a mundo 1), solvere nexus improbitatis, dissolvere fasces loris vinctos, ac dimittere conquassatos ut sint liberi, & omne lorum disrumpere; partiri esurienti panem suum, & pauperes ejectos introducere domum, tegere nudos, & a carne sua se non abscondere (hæc enim si faciamus tunc erumpet velut aurora lux nostra, & sanitas nostra protinus efflorescet & anteibit nos justitia ejus, gloria Dei colliget nos. Tunc invocantes nos Deus exaudiet, & vociferantibus adhuc nobis, dicet: ecce adsum: si amoverimus ab animis nostris lorum, porrectionem digiti, & elocutionem vanitatis, exprompserimus autem famelico animum nostrum, & animam adflictam satiaverimus: tunc exorietur in tenebris lux nostra, & in caligine nostra tanquam meridiana lux: & ducet nos Dominus jugiter, & exsatiabit in summa ariditate animum nostrum, ossaque nostra expedita reddet; erimus tanquam hortus irri-

1) Jac. 1, 27.

irriguus, & velut scatebra aquarum, cujus non fallunt aquæ) 2). Ita quoque nostræ Ecclesiæ Christiani excitantur, ut omni adnitantur studio fidem suam efficere; perfectam per bona opera 3), semper formicas ac apes sibi exemplo ponentes 4), & quidem ejusmodi per bona opera, quæ mandato divino conformia fidei suam debent originem; quæque interno ex amore scaturientes in externam prorumpunt praxin: & ut cætera bonorum operum genera, taceam, ad quæ exercenda quilibet Christianæ religioni addictus est obligatus, nunc modo adducam nostræ Ecclesiæ homines imprimis misericordiæ admoneri: cum enim non aliter fieri possit, quin amorem in intimis cordis conceptum, externa confestim ac practica misericordia excipiat; sic quoque Christiano non quidquam magis convenit, quam eleemosynarum inter egestate confligentes ex fide profluens distributio; quare & ipse Christus inter varia ista beatitudinum genera, quæ enumerat, de misericordibus dicit: Beati qui sunt misericordes: quoniam ipsis misericordia tribuetur 5), & alibi: Amen dico vobis, quidquid feceritis uni ex his fratribus meis minimis, hoc mihi feciſtis 6). Immo quæ penes vos sunt date in Eleemosynam 7): & mutuat Deo, qui gratiose largitur tenui, & beneficium ipsius rependet ipse 8), & procurare nos oportet honesta non solum in conspectu Domini, sed etiam in conspectu hominum 9): vendite quæ habetis, & date eleemosynam. Parate vobis crumenas, quæ non veteraſcunt, thesaurum in cœlis, qui nunquam deficiat, quo fur non adpropinquat, & ubi tinea non corrumpit 10).

2) Es. 58. leg.

3) 2 Petr. 1, 5. &c. Jac. 2, 22.

4) Prov. 6, 6. 8.

5) Matth. 5, 7. Prov. 3, 1. 4.

6) Matth. 25, 40.

7) Luc. 11, 41.

8) Prov. 19, 17.

9) 2. Cor. 8, 21. Rom. 12, 17. Prov. 3, 3.

10) Luc. 12, 33.

§. 26.

Eleemosynas itaque pro facultatibus a Deo acceptis, quemlibet indigentibus necessariisque locis distribuere oportet 1): bonum enim facit animæ suæ misericors inquit Spiritus sanctus per Proverbiasten 2), & hilarem datorem diligit Deus 3); quum vero tu das Eleemosynam, ne noverit siniſtra tua quid faciat dextera tua 4). Ne cohibeto bonum ab eis qui opus habent, quum est in potestate manus tuæ efficere illud: ne dicito proximo tuo, abi, deinde revertere, cras enim daturus sum; quum fuerit penes te bene efficere, ignoras enim, quidnam crastina fiet 5); Maxime vero viduæ ac orphani eleemosynis sunt excipiendi: Esto orphano tanquam pater, & pro viro matri orphanorum: ita futurus es tamquam filius altissimi, & diliget te magis quam mater tua 6): sint tibi curæ defecti viribus, pupillis esto adjutor, nec non captivis 7) ac in angustiis constitutis, ut Dominus noster Jesus Christus ipse nos docens dicit: in carcere eram & venistis ad me 8) & sic porro:

1) Prov. 3, 9.
2) Prov. 11, 17. sec. græc.
3) 2. Cor. 9, 7. Rom. 12, 8.
4) Matth. 6, 3.
5) Prov. 3, 27. 28.
6) Syr. 4, 10.
7) Ps. 10, 14. Jac. 1, 27.
8) Matth. 25, 34. &c.

§. 27.

Præcipue autem & ante omnia admonentur, ut, necessitate ita urgente, sua sponte ac libere viscera misericordiæ erga Christianos cujuscunque nationis in miserandam ac deploratu dignam captivitatem abductos aperiant, qui non sine periculo vitæ & animæ istis serviendo vitam degunt, quique sæpenumero vel in provinciis adhuc summam Turcarum potestatem agnoscentibus, vel jam iterum amissis rapti ac catervatim ad

nos

nos in Patriam noſtram a Progenie Hagaris 1) adducuntur; quem noſtra ob peccata nobis regnare ſtatuit Omnipotens, ſecundum promiſſionem Abrahamo factam: Alii vero ex finitimis Tartariæ regionibus rapti, alii a piratis capti in duriſſimam abſtrahuntur ſervitutem, quorum non ſatis deplorandum ſtatum graviter dolemus, Paulo nos ita docente: Memores eſtote vinctorum, tamquam una cum illis vincti: eorum qui malis premuntur, ac ſi ipſi quoque corpore adflicti eſſetis 2).

1) Gen. 16, 12.

2) Hebr. 13, 3.

§. 28.

Et hos captivos ſufficiente dato redemptionis pretio liberant Chriſtiani & priſtinæ iterum libertati reſtituunt, quosque plerumque ex Perſia, Georgia, Colchide & Micrelia, non raro quoque ex inferiori parte Ruſſiæ, Moldavia, Wallachia, Hungaria & aliquando ex Polonia & Tranſylvania, & præſertim ante aliquot annos ex Peloponeſo ſeu Morea colligunt.

§. 29.

Præter hos quoque erga pios ac virtute ornatos viros quos noſcunt indifferenter, maxime vero dignos ſacerdotes 1), eremitas, Eccleſias; & in loca ad pium uſum conſtituta mites ac beneficos eſſe oportet, iisque diſtribuere Eleemoſynas, ex iis, quæ gratiæ ac Dei benignitati accepta referimus 2): Chriſto nos ita præcipiente: Reddite Cæſari quæ ſunt Cæſaris, & Deo quæ ſunt Dei 3), & Paulo: Beneficentiæ & communicationis ne obliviſcamini: talibus enim victimis delectatur Deus 4). Et Angelo apud Tobiam: Bona res eſt oratio cum

1) Gal. 6, 6. 1. Cor. 9, 7.

2) Marc. 12, 42. 2. Cor. 9, 7. cap. 8, 12.

3) Matth. 22, 21.

4) Hebr. 13, 16.

cum jejunio, misericordiaque & justitia 5). Et hoc præceptum Cornelius adhuc Ethnicus existens secutus jejunando Eleemosynam distribuit; & cum adhuc Ethnicus in his operibus se adeo exercuerit, quanto majori studio Christianus factus iis se adplicaverit, quod etiam sacra Scriptura plurimis de fœminis & viduis laudat 6), nempe quod Christo ex suis operibus inserviverint.

5) Tob. 12, 9.

6) Luc. 8, 3.

§. 30.

Homines vero Eleemosynas ex fide distribuentes egenis præsertim autem Christi membris, magna habere exspectandos præmia jam ex sacra Scriptura evicimus 1), Eleemosyna enim deliberat a morte, omnique ab peccato purgat; quam ob rem Daniel quoque ad Nebuchodonosorem Regem dixit: non quæ injuste arripuerat, ut divideret inter pauperes, ipsa enim justitia hoc poscit ut illis a quibus arripuerat, redderet, sed dixit: Rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua justitia abrumpe, & iniquitates tuas gratia erga adflictos, & ita forte erit prorogatio tranquillitati tuæ 2); accipientes enim eleemosynas, illis, simul cum datoribus pro eorum salute ardentissimas ad Deum preces mittere, alliciuntur 3). Et oculi Domini ad justos, & aures ejus ad vociferationem eorum adtendunt 4); Munera enim dispensatoribus hac in vita sunt emolumento, aptosque illos reddunt ad futuram vitam ad regnum cœlorum 5).

1) Act. 10, 4.

2) Matth. 9, 13. Dan. 4, 24. Prov. 4, 2. &c.

3) Job. 42, 8. 10.

4) 1. Petr. 3, 12. Ps. 34, 16. Ps. 102, 18.

5) Luc. 6, 35. Rom. 1, 10.

§. 31.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0216
DFG

§. 31.

Ita non solum pœnitentes, sed & omnes Christiani excitantur ad bona opera exercenda, ut prompta alacritate abalienentur a judicio condemnationis, secundum illud Proverbiastæ, qui non sanat se ipsum in operibus suis, frater est perdentis semetipsum 1), & ipsius Christi: dico vobis, nisi abundaverit vestra justitia plus quam illa Scribarum & Pharisæorum, vos nequaquam ingressuros in regnum cœlorum 2).

1) Prov. 18, 9.

2) Matth. 5, 20.

§. 32.

Præterea quoque ad misericordiam exercendam, ideo excitantur, ut addiscant bona efficere opera, nec fructus sint expertes, sed ut sint benefici, ac divites in bonis operibus, faciles ad impertiendum, facilis convictus: congerentes sibi pro thesauro fundamentum bonum in posterum, ut adprehendant æternam illam vitam 1), secundum Prophetam admonentem: addiscite bonum facere 2); ut mandatis divinis morigeros se exhibeant, propriam salutem ex sua quoque parte procurantes 3), atque medelam 4), usque dum acceptum ipsis præsto est tempus, ac dies salutaris 5), de quo die ipse Deus ita loquitur: tempore accepto exaudivi te, & in die salutis auxiliatus sum tibi 6); ut sint inculpati & justi 7), elevati invicem per suas & aliorum preces, ut inquit divus Jacobus: Precamini alii pro aliis, ut sanemini 8), & David: respexit ad orationem nudatissimi, & non sprevit orationem eorum 9).

1) Tit. 3, 14. cap. 2, 12. &c. 1. Tim. 6, 18, 19.
2) Es. 1, 17.
3) Phil. 2, 12.
4) Prov. 18, 9.
5) 2. Cor. 6, 2.
6) Es. 49, 8.
7) Gen. 17, 1. Phil. 2, 15.
8) Jac. 5, 16.
9) Ps. 102, 18.

§. 33.

Hæc & similia non solum privatim ac domibus in conversatione docere ac admonere, Sacerdotum est officium 1), sed quoque publice, omni studio Præcones in ecclesiis auditores adhortantur (I.) ne in qua re deficiant, & non tam vestimenta quam potius corda scindant, sicuti Deus ipse per Prophetam inquit: revertimini ad me ex toto corde vestro, & jejunio, & fletu & planctu lacerate corda vestra, ac non vestes vestras, & revertimini ad Dominum vestrum; quia gratiosus & misericors est, longanimis & amplus benignitate, & quem pœnitet mali; quis scit an reversum pœniteat ipsum 2)? (II.) & ut solvant omne vinculum iniquitatis 3); eum enim in finem Sacerdotes ac Episcopi officium sunt adepti, ut impendant ac expendantur pro animabus ovium 4), uti Paulus loquitur: Ego vero libentissime sumtum impendam, & expendar pro animabus vestris 5); Christianos autem oportet sese submittere Sacerdotibus ac Præsulibus animarum eorum, ut obediant illis, exerceant ac custodiant ea quæ docentur, loquendo & faciendo illos imitentur, operaque illorum exerceant 6); Eorum autem exempla, qui ipsi in bonis exercendis operibus sunt negligentes, ne imitanda sibi proponant, sed admonitionibus eorum inhærentes ac doctrinæ, illas efficiant, operibus autem abstineant 7), sicuti Dominus ipse mandavit. Sacerdos autem si tacuerit & peccator propter iniquitatem suam moritur, sanguis ejus e manu ipsius requiretur 8), & maledictus, qui facit opus Domini negligenter 9). (III.) Ut animo se demittant dicentes cum Davide: adtende ad meas preces Domine, adflictus enim sum admodum 10); defatigatus sum

1) 1 Thess. 5, 11, 14.

2) Joel. 1, 14. cap. 2, 12, 14.
3) Es. 58, 6.

4) Ezech. 33, 6. &c.
2. Cor. 1, 6. cap. 12, 15.
5) 2. Cor. 12, 15.

6) 1 Cor. 4, 16. cap. 11, 1. Phil. 3, 17.

7) Matth. 23, 3.

8) Ezech. 34, 10. cap. 3, 18. cap. 33, 8.
9) Jer. 48, 10.
10) Ps. 119, 107. Ps. 142, 6.

sum in gemitu meo, feci ut natet totam noctem lectus meus: lacrymis meis spondam meam liquefeci 11); adspice adflictionem meam & laborem meum; & condona omnia peccata mea 12). (IV.) Ut perficiant opera pœnitentia digna, angusta enim est via Regni cœlorum. (V.) Ut ne solum profiteantur se scire Deum, & operibus eum negent 13); sed ut pie vivant, purificantes animas suas, auscultando veritati per Spiritum 14), ut & Jacobus admonendo inquit: Adpropinquate Deo, & adpropinquabit vobis: lavate vos, o peccatores! & purificate corda, duplices animo, sensu ærumnæ tangimini, & lugete & flete: risus vester in luctum convertatur & gaudium in mœrorem: demittite vos in conspectu Domini & servabit vos 15). (VI.) Ut accensi sint studio bonorum operum 16), in eorum enim observatione est emolumentum magnum 17).

11) Ps. 6, 7.
12) Ps. 25, 18.
13) Tit. 1, 16.
14) 1. Petr. 1, 22.
15) Jac. 4, 7. &c. Job. 22, 29. Es. 1, 16.
16) Tit. 2, 12, 14.
17) Ps. 19, 12. Devt. 4. leg.

§. 34.

Scimus interim, remissionem, conciliationem & justificationem, post firmam nostram in confessione pœnitentiam, non venire & dari propter nostra opera, quæ efficimus, ut appareamus obedientes, & veri Dei cultores, nec eum in finem operamur ea; sed sequentes ob rationes (I.) ut appropinquemus Deo secundum Prophetam dicentem: appropinquate, & adpropinquabitur vobis 1). (II.) Ut trahamus nosmet ipsos ad summam clementiam ac misericordiam Dei, nam si ex operibus nostris justificari quæreremus, inveniremur peccatores 2): quia quidquid boni perpetramus, tanquam debitores servi illud facimus: uti Christus dicit: quum feceritis omnia, quæ edicta sunt vobis, dicite, servi inutiles sumus: nam quod debuimus facere, fecimus 3)

1) Devt. 4, 7. Es. 55, 7.
2) Devt. 9, 4. Gal. 2, 17.
3) Luc. 17, 10.

(III.) Ut evitemus condemnationis judicium; nam quisque secundum sua opera, vel justificabitur, vel damnabitur. (IV.) Ut avertamus iram Dei, ut ne castigemur secundum opera nostra; si enim iniquitates nostras Dominus observet (quod omnes teste Davide declinavimus, & inutiles facti sumus, nec est faciens probitatem, nec quoque unus) omnes perditi sumus 4), (V.) quia custodientibus mandata Dei remuneratio maxima est 5). (VI.) Ut exercendis bonis operibus non solum nobismet ipsis bonum procuremus, sed etiam bonum exemplum aliis imitandum statuamus: præcipiente nobis ita Christo: ita splendeat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera; glorificentque patrem illum vestrum, qui in cœlis est 6). (VII.) Ut Deus glorificetur secundum Petrum adhortando dicentem: Dilecti, precor, ut tanquam inquilini & advenæ abstineatis a carnis cupiditatibus, quæ militant adversus animam, conversationem vestram habentes honestam inter gentes, ut pro eo, quod obloquuntur vobis ut facinorosis, ex bonis operibus quæ spectarint, glorificent Deum die visitationis 7): qui eripuit nos ex potestate tenebrarum, ac transtulit in regnum filii sui dilecti 8), ut in ejus operibus composite ambulemus 9); quæ opera non sunt legis, nam qui efficit opera legis, vivet per ea, illa enim non sunt ex fide, sed solum ex lege, qui autem illa efficit ita ut coram hominibus, iis se ostentet, ac in iis salvari credat, remissionemque habeat, ille damnatus est in operibus suis 10). Paulus enim nos docendo ita loquitur: Gratia estis servati per fidem, idque non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus, ut ne quis glorietur 11); ex operibus legis nulla caro justificabitur in conspectu ejus 12); Nam si per legem est justitia, Christus sine causa mortuus est 13): & quicunque in operi-

4) Ps. 13, 3. Es. 59, 7. &c.
5) Ps. 130, 7.
6) Matth. 5, 16.
7) 1. Petr. 2, 11. 12. 2. Cor. 8. 21.
8) Act. 26, 18. Col. 1, 13. Es. 35, 5. cap. 42, 16.
9) Rom. 13, 13.
10) Ezech. 20, 11. Lev. 18, 5. Gal. 3, 12. Col. 2, 16-23.
11) Eph. 2, 8. 9.
12) Rom. 3, 20.
13) Gal. 2, 21.

operibus legis, quæ ut inutilia Deus e medio ſuſtulit, ut homines ambulent in ſpiritualibus operibus, quæ non ex lege, quæ eum modo in finem data, ut homo ex inde cognoſcat peccatum 14), ſed ex fide proveniunt, invenitur, eſt ſervus legis; Lex enim poſterior eſt fide, & quicunque efficit opera ex fide priore exiſtente, profluentia, contra eos Paulus dicit non eſſe legem 15); juſto enim lex non eſt data 16), quoniam a peccato eſt liberatus 17), & ſervus factus eſt juſtitia, ut membra ſua ſiſtat arma juſtitiæ, atque fructum habeat in ſanctificatione, finem autem, vitam æternam 18).

14) Rom. 3, 20. Gal. 3, 19.

15) Gal. 5, 23.

16) 1. Tim. 1, 9.

17) 1. Petr. 2, 16. 1. Cor. 7, 22.

18) Rom. 6. leg.

§. 35.

Ex ſola igitur ac ſumma ejus clementia & infinita miſericordia gratuito, gratiam remiſſionis, conciliationis & juſtificationis ut obedientes filii per fidem operantem 1) ac perfectam 2), accipimus, in merito ſanguinis Filii ſui Jeſu Chriſti, cujus participes facti in eum ſperamus & credimus 3), quem præſtituit Deus, ut eſſet placamentum, per fidem in ſanguine ipſius, ad demonſtrationem juſtitiæ ſuæ, propter remiſſionem peccatorum quæ anteceſſerunt 4), quem precamur per pœnitentiam in fide, ut noſtra peccata nobis non imputet, quia ille ſolus peccati eſt expers, & ſolus refugium noſtrum a progenie in progeniem 5). Benedictus homo qui ſpem ſuam habet in Domino, & Dominus ſpes ejus eſt 6), & recipientes ſe ad eum non pœnitebit in eum ſperaſſe 7); Maledictus autem ille, qui fiduciam habet in homine, & ſtatuit carnem brachium ſuum, ut juſtificetur, abſolvetur ac cum Deo concilietur 8), præter Deum & hominem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

1) Gal 5, 6. Rom. 3, 27.

2) Jac. 2, 22. Hebr. 11, 17. Rom. 5, 1. Col. 1, 14. Eph. 1, 7. cap. 2, 5.

3) Chryſoſt. Hom. 70. in Matth. 25.

4) 2. Cor. 5, 19. Rom. 3, 25. &c. Pſ. 103. leg.

5) Pſ. 90, 1. Jer. 16, 19.

6) Jer. 17, 7. Eſ. 58, 14. cap. 8, 14. 2. Sam. 22, 3. Pſ. 28, 7.

7) Pſ. 34, 23.

8) Pſ. 143, 3. Jer. 17, 5.

§. 36.

Quod ſi ergo ante definito modo per ſpiritualem

Patrem aut Sacerdotem Deo noſtra peccata confiteamur, ut omnipotens, fidus ac juſtus Dominus omnia noſtra remittit peccata, omnique ab iniquitate nos purgat. a)

a) 1. Joh. 1, 9. Eſ. 43, 25. Pſ. 32, 5. Prov. 28, 13.

§. 37.

Hunc ritum, propter incognitam a Deo per Sacerdotem factam peccatorum remiſſionem myſticam, adpellamus Myſterium, & eſt in ordine 5tum.

CAP. VI.

De Matrimonio.



§. 1.

CRedimus, quod Deus ab initio maſculum & fœminam formans hominem, eumque omni gratia pro ſua ſanctitate proſequens, inſpirando ei ſpiraculum vitæ, dederit animam, quæ deſcendens a Deo ut nobiliſſima ejus creatura particeps erat omnis ſanctitatis & virtutis

virtutis Dei; & hunc introduxerit in Paradisum, locum videlicet omnium deliciarum, supra terram ejus ergo paratum, ubi, sicut Angeli mundæ & immateriales Dei Creaturæ in cœlis solum glorificant Creatorem, ita homo in terris omni in puritate formatorem suum & creatorem, qui & Regem eum creaturarum terræ & Dominum constituit, glorificaret, pariter ac in illis regnandis pro corpore suo delicio & hilaritate frueretur, uti Angeli cœlestibus fruuntur gaudiis, eique se eo magis obligatum putaret ac gratias ageret.

§. 2.

Hinc secundum gratiam, quam erat adeptus, tanquam Angelus terrestris, uti Angeli in cœlis, in puritate, justitia & sanctimonia, super terram, quam sua cum auxiliatrice colendam acceperat, quamque in adjumentum, vel potius in generis sui multiplicationem Deus ei dederat, ut secundum ipsius voluntatem legitime augerentur homines atque multiplicarentur super terram 1), vitam ducere oportuit atque exspectare, usque dum Omnipotens Deus, secundum absconditos mentis suæ thesauros, definito tempore ex suo placito, quum juste ac sancte vixissent, liberosque progenitos, in sanctitate ac justitia educassent, rursum tempore opportuno, tanquam per somnum in perfectiorem, æternam ac ipsis præstituram vitam suscepisset, sicuti & in extremo mundi die vitæ superstites non morientur, sed per somnum mutabuntur 2); Sed cum fraudulento Diaboli malorum principis consilio ac astutia seducti innocentiæ sanctitatem exuerent, & divinis illis donis ac gratiis privati, ex Paradiso expellerentur, augebantur omnique in petulantia ac lascivia crescebant super terram.

1) Gen. 1, 28. Es. 45, 18.

2) 1. Cor. 15, 51. 52 1. Thess. 4, 16.

§. 3.

§. 3.

Deus vero diluvio homines exstirpare decernens, ita tamen, ut progenies supermaneret, generationem justi Noachi, uti in incendio Sodomæ ac Gomorræ Lothum, conservavit, ex qua terra iterum hominibus abundare incepit.

§. 4.

Sed Deus iterum videns eorum deflectiones, Moysi leges a se ipso sculptas tradidit, quarum secundum tenorem pie & ordinate ambularent; ultimis autem temporibus descensionis suæ omnibus credentibus per Paulum divinitus eruditum & vocatum discipulum suum mandavit, ut quisque ad scortationes evitandas suam habeat legitimam fœminam, & quævis fœmina legitimum suum virum, ne brutorum instar vagis se darent libidinibus & peccarent; dicit ergo Paulus: propter stupra vitanda, suam quisque habeat uxorem 1). Deus enim ab initio videns, non bonum esse, hominem esse solum, masculum & fœminam formavit eum, eosque conjungens statuit, ut sobrie, pure atque sancte viverent, iisque dixit, augemini & multiplicamini; atque hujus rei ergo relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, eruntque duo in carnem unam 2).

1) 1. Cor. 7, 2.

2) Gen. 2, 24. Eph. 5, 31.

§. 5.

Cum itaque ipse Deus sit conjungens atque hac in re operans, qui &, invocatione facta, verum amoris indissolubile vinculum donat, oportet utramque partem hoc

hoc immaculatum in Dei timore fideliter ſervare, quod enim Deus conjunxit, homo, niſi propter adulterium, non ſeparet, Chriſto nos ita docente 1), qui & alibi dicit: Ego autem dico vobis, quod, quicunque repudiaverit uxorem ſuam, niſi cauſa ſtupri, adulteram eam reddit, & quicunque repudiatam duxerit, moechatur 2). Conjunctio enim maris & fœminæ ad voluntatem Dei, procreationis liberorum & vitæ ſobriæ ergo facta ad omnimodam convenientiam, ut Iſaaci fuit cum Rebecca 3), coram Deo, qui operatur, benedicit & vincit, fœminam alligat & legi ſubmittit, usque dum maritus ejus eſt in vivis, & ſimiliter maritum fœminæ adſtringit honeſtis peractis nuptiis; immaculato ſic ſpiritualiter exiſtente & ita dici merente lecto illorum 4); hinc invicem utriusque membra ſecundum carnem externo vinculo ad liberorum procreationem ſpiritualiter alterius ſunt, unde neuter eorum corporis ſui poteſtate gaudet, ſecundum dictum Pauli: Uxor proprium corpus non habet in poteſtate, ſed vir, nam tota eſt mariti: ſimiliter autem & vir proprium corpus non habet in poteſtate, ſed uxor, totus enim eſt uxoris 5): & Deus indiſſolubili vinculo invicem eos alligando benedicit & ſanctificat eos ad ſanctam progeniem, & mutuum amorem ac fidem ſibi invicem præſtandam, qua de re uterque rationem coram judice tremendo reddendam habet, quippe in cujus præſentia puram ac mutuam ſibi invicem fidem polliciti ſunt.

1) Matth. 19, 6-9.

2) Matth. 5, 32.

3) Gen. 24. & 25. leg. Rom. 9, 10.

4) Hebr. 13, 4.

5) 1. Cor. 7, 4.

§. 6.

Pertimeſcant igitur adulteri & agant pœnitentiam, ſine qua nulla ſalus. Si vero utrique libera ex voluntate cultus divini ergo convenerint, per aliquod

temporis ſpatium a coitu abſtinere, ut vacent jejunio & precibus ad gloriam Dei, bonum eſt; & quando iterum convenire volunt, absque impedimento poſſunt, ne per invidiam Sathanæ labantur ac ad indecora adpetenda tententur; nam in oculis Domini viæ cujusque ſunt, & omnes orbitas noſtras ille perpendit 1); quare & Paulus præcepit dicens: ne abſtineatis, niſi ex conſenſu utriusque partis libero, ad tempus ad incumbendum in jejunia & preces: & iterum conveniatis, ne tentet vos Sathanas, propter incontinentiam veſtram, hoc autem dicit ex conceſſu non ex mandato 2). & Proverbiaſtes: Erit ſcaturigo tua benedicta, ſed lætare de uxore adoleſcentiæ tuæ. Sit cerva amiciſſima & rupicapra gratioſa: Ubera ipſius uberent te omni tempore, in amore ejus errato jugiter 3). Nam mulier gratioſa continet honorem 4), & uxor ſtrenua eſt corona mariti ſui 5).

1) Prov. 5, 21.

2) 1. Cor. 7. leg.

3) Prov. 5, 18.

4) Prov. 11, 16.

5) Prov. 12, 4.

§. 7.

Hinc matrimonii vinculo alligati nullatenus ſeparantur, nam ſub lege usque dum vivant, adſtricti tenentur: Nam viro ſubjecta mulier, vivente viro devincta eſt per legem: quod ſi mortuus fuerit vir, liberata eſt a lege viri: ſimiliter etiam vir, ſi moritur fœmina, liberatus eſt a lege fœminæ 1): pergit quoque Paulus dicendo: Iis autem qui matrimonio juncti ſunt, mando, non ego, ſed Dominus, uxor a viro ne ſe ipſa ſeparet. Quod ſi ſe ſeparaverit, maneat ſola, aut marito reconcilietur: & maritus uxorem non dimittat 2). Fœminæ viris ſuis ſubjectæ ſint in omnibus, in omni humilitate ac timore veluti Domino, vir enim eſt caput uxoris, jubente ita ipſo Deo: erga virum tuum ſit adpetitus

1) Rom. 7, 2.

2) 1. Cor. 7, 10, &c.

petitus tuus, & ipſe præeſto tibi 3); pariter viros oportet diligere uxores ut propria corpora, nam diligens fœminam ſuam, ſe ipſum diligit, corporibus amborum unum jam efficientibus & non duo, nemo autem unquam ſuam ipſius carnem odio habuit, potius vero nutrit ac fovet 4); & non creatus eſt vir propter fœminam, ſed fœmina propter virum, & ſit quod non ſit vir propter fœminam, ſed fœmina ex viro, attamen ſicut fœmina ex viro eſt, ita & vir per mulierem, & neque vir absque muliere, neque mulier absque viro in Domino: omnia tamen ex Deo 5).

3) Gen. 3, 16. Eph. 5, 22.

4) Eph. 5, 28. 29.

5) 1. Cor. 11, 9-12.

§. 8.

Ulterius Paulus ſexui utrique inſtitutionem linquens, dicit: Juvenes abſtinentiam non ſectantes jungantur, ne flagrantes peccent, nam melius eſt uxorem ducere, modo in Domino fiat, quam urere; & ſicuti multum conducit caſtratum eſſe propter regnum cœlorum & in caſtitate Deo ſervire; ita nec impedit matrimonium, quo minus homo in regnum poſſit intrare cœlorum, modo fiat in ſobrietate & ad procreandos liberos, & ſerviat Deo, nec in laſcivia ſe volutet homo & fœminam ſuam nimis & inordinate colens negligat divina: ſimiliter & juniores viduæ ſi non firmo propoſito abſtinentiam ſervare, ac poſt obitum mariti in caſtitate vivendi Deoque in ſpiritualibus ſerviendi votum fecerint, nubant, modo ut fiat in domino, ne ullam dent occaſionem maledicenti, nec detur anſa contumeliæ, ut liberos gignant, domum adminiſtrent, ſed omnia in timore Dei. De iis autem viduis, quæ ab initio firmo ſecum ſtatuerunt propoſito, in temperantia, abſtinentia, precationibus & aliis exercitiis ſacris Deo ſacrificari;

post autem, ætate jam provecta, lascivire incipiunt ob concupiscentiæ ardorem, ideoque prioris fidei immemores atque impudenter urentes audiunt, neque in precibus sanctis ac castitate perseverant, nunc jam non est
1) 1. Tim. 5, 11. sermo 1); quum enim lascivire incipiunt adversus Christum, nubere volunt, ut solum expleant & satisfaciant cupiditati suæ carnali, & deliciis indulgeant, sed judici-
2) 1. Tim. 5, 12. um suum habent, quod fidem primam amiserint 2). Reliquæ vero permanentes in sobrietate, virtute, adflictione, labore & angustiis, tanquam bonæ ac honestæ viduæ, ab Ecclesia pariter ac privatis auxilio sublevantur, quippe quæ propter Dominum patientes eum ex corde diligunt & serviunt.

§. 9.

Acceditur cum Ecclesiæ licentia ad tertium matrimonium, quartum autem interdictum est.

§. 10.

Sacerdos sine licentia Episcopi impunis non copulat, & qui nuptias cupit, ætatis sit ad minimum quatuordecim, fœmella duodecim: Consanguineis quoque tam carnali, quam spirituali cognatione se invicem tangentibus matrimonio se jungere est interdictum: consanguinei spirituales sunt testes sacro lavacro adhibiti & infantes quos isto lavacro suscipiunt, susceptorumque liberi & adoptati, qui una cum naturalibus liberis matrimonio se invicem jungendo prohibentur.

§. 11.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0228
DFG

§. 11.

Rem ut brevi perſtringam, nuptias contrahens vir uxori benevolentiam & amorem, & ſimiliter uxor viro præſtare tenetur 1); ſicut Sara Abrahamo, ſic olim quoque & ſanctæ fœminæ ſperantes in Dominum, ornabant ſe ipſas ſubmittendo ſe viris, ad exemplum Saræ Abrahamo obedienti dominumque illum adpellantis 2); & fœminam ſtrenuam quis inveniet, quum longe ſuperet carbunculos pretio ejus. Confidit ei animus maritus ejus, & ſpolia non deficiunt; adficit eum bono, non autem malo omnibus diebus vitæ ſuæ 3). Viri ſimiliter, ſimul habitent ſecundum Dei notitiam, vaſi muliebri ut infirmiori tribuentes honorem, utpote cum una hæredes ſitis gratiæ vitæ 4); Nam & Chriſtus ipſe legitime contractas nuptias eatenus cohoneſtavit, ut ſua quoque præſentia nuptiis Canæ in Galilæa celebratis interfuerit, & ut Deo acceptas ſua benedictione dignatus eſt: Nam ubi ſincera conjunctorum eſt fides, Deus ſemper adeſt, pariter ac in Eccleſia, ſecundum illud: Ubi duo congregati ſunt in nomine meo, ibi in medio eorum ſum, & quidquid petierint in nomine meo, dabo iis 5), & benedicens benedicam & multiplicans multiplicabo eos 6): Nam eorum votum præſentibus ſacerdote & teſtibus coram Deo factum exauditur, atque inſcribitur per amoris vinculum divinum, quo invicem ligantur, libro mutuæ inter ſe promiſſæ fidei, atque per ſacerdotem gratiam Dei benedicentis impetrant, quod itidem ex orationibus ritui copulationis ſolennibus hauriri poterit, quippe æque heic ac in reliquis ritibus eccleſiaſticis nomen ſacro-ſanctæ Trinitatis invocatur, dicente miniſtro adminiſtrante more recepto ter coronante: Coronatur Servus Dei N.

1) 1. Cor. 7, 3.

2) Gen. 18, 12. 1 Petr. 3, 6.

3) Prov. 31, 10. &c.

4) 1 Petr. 3, 7.

5) Matth. 18, 19.

6) Gen. 12, 13. Hebr. 6, 14.

& Serva Dei N. in nomine Patris, Filii & Spiritus sancti Amen. Et iterum: Coronatur Serva Dei N. & Servus Dei N. &c. adhibita post oratiuncula sequente vel alia:

Domine Deus noster, qui secundum salutarem tuam dispensationem præsentia tua, nuptiis Canæ in Galilæa honeste celebratis honorem renuntiare dignatus es, ipse & nunc famulos tuos N. & N. quos invicem sibi conjungi Tibi placuit, in pace & animorum concordia benedicens eorum consensum conserva, immaculatum eorum lectum custodi, in puro amore fac ut permaneant, & dignos redde, ut mundo corde mandata tua efficientes observent: Tu enim es, qui vincis & operans omnia in omnibus Deus noster, & Tibi gloriam offerimus, una Tecum regnanti filio & coæterno Spiritui, nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

Deinde cum fit benedictio, benedicit atque divini amoris vinculo alligat eos, quod vinculum sanctæ hujus dilectionis, cum vinculo spirituali comparando, Paulus honorans, mysterium magnum adpellat, dicens: Mysterium hoc magnum est: Ego vero loquor de Christo & Ecclesia 7).

7) Eph. 5, 32. Chrysost. in Ep. ad Col. c. 4. Hom. 12. Tom. XI.

§. 12.

Jungit enim Deus triplici & indissolubili aurea catena conscientias eorum, amore videlicet, fide & concordia, quam integram servandam, secundum vocationem, qua vocati sunt, sese Deo offerunt a), pollicentes in fide, concordia, obedientia, pace, pietate, sanctimonia, sobrietate, puritie & observatione mandatorum divinorum se victuros, hancque dilectionem tanquam infractam ancoram conservaturos, & ita in cordis munditie liberos procreaturos ac secundum Dei gratiam se multiplicaturos; inprimis autem, secundum voluntatem Dei,

a) 1. Cor. 7, 20.

Dei, in piis operibus provectus facturos, & auxilio mutuo ad ultimum usque halitum se invicem sublevaturos.

§. 13.

Hunc sextum ritum ineffabilis vinculi, immaculati & puri spiritualis amoris ad procreandos liberos, ob comparationem cum amore Christi & Ecclesiæ adpellamus Mysterium.

CAP. VII.

De S. Unctione Divi Jacobi Apostoli.



§. 1.

CRedimus, Dominum nostrum Jesum Christum sacros suos Discipulos ad enuntiandum Evangelium emissurum, gratia atque auctoritate mysticæ virtutis eos adornasse, ut omnis morbo confligens hos suscipiens & invocans nomen Christi, per virtutem Spiritus sancti, illis inha-

inhabitantem ſanaretur, & ita per hos impuri Spiritus ejicerentur, infirmi ſanitati reſtituerentur, leproſi mundarentur, & omnis alius morbus ac imbecillitas diſcuteretur, Auctore Scriptura dicente: & advocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit eis poteſtatem adverſus Spiritus impuros, ut ejicerent eos, & ſanarent omnem morbum & omnem langvorem, dicens: Infirmos ſanate, leproſos mundate, mortuos excitate, dæmonia ejicite, & a ſacrilegio avaritiæ præcavens, inquit: gratuito accepiſtis, gratuito date. a)

a) Matth. 10. leg. Luc. 9, 1.

§. 2.

Præterea & videns meſſem eſſe multam, operarios vero paucos, etiam alios numero ſeptuaginta, diſcipulos elegit, quos pari gratia exornans in regiones Hieroſolymæ finitimas, miſit, ubi poſt ipſe erat venturus: teſte Scriptura ſequentem in modum loquente: miſitque illos binos ante faciem ſuam in omnem urbem & locum, quo futurum erat, ut ipſe veniret 1); exeuntes autem in omnem civitatem ac locum, prædicantes pœnitentiam & fidem in Chriſtum, quoscunque ægrotos ungebant oleo, qui & invocato ejus nomine, per virtutem operantis Spiritus ſancti ſanati ſunt, exceptis quibusdam fidem non habentibus; quod etiam ipſi Chriſto accidit, de quo Scriptura: Neque potuit ille virtutem ullam edere, niſi quod, cum paucis ægrotis impoſuiſſet manus, ſanavit eos, & miratus eſt incredulitatem eorum 2), & alibi: Apoſtolis interrogantibus eum, cur nos non quivimus &c. 3).

1) Luc. 10, 1. leg.

2) Marc. 6, 5.

3) Marc. 9, 28.

§. 3.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0232
DFG

§. 3.

Hinc puto sat clare constare, quod si Apostoli non habuissent a Christo præceptum, & nisi fuisset in usu nec utilitatem habuisset illud oleum, nullo modo ausos fuisse proprio suo instinctu illo uti. Qui autem dixeris: Mos fuit Judæis post immersiones balneaticas, oleo se ungendi, & inde in principio quoque Apostoli utebantur apud ægrotos; scias, obsecro: hanc consequentiam plane nullius esse momenti, neque Judæorum unctionem Apostolorum unctioni ullo in modo esse comparandam; de illa enim nullibi legimus ægrotos fuisse sanatos, quippe qua ungebantur omnes indiscriminatim, externæ solum lætitiæ vel potius dicam consvetudinis causa, etiam increduli, sine aliqua invocatione Dei adhibita; hæc autem unctio Apostolorum solum ad ungendos ægrotos utebatur, & facultas sanationis efficiebatur per invocationem Spiritus sancti, in nomine Jesu Christi factam, pari modo uti per impositionem manuum.

§. 4.

Imo nisi fuerit unctio ista a Domino ordinata sed potius displicuerit tanquam superstitia ceremonia, nec ipsi Apostoli tali superstitioso & inutili ritu externo & ceremonia usi fuissent, nec, dispersis post duodecim tribubus, divus Jacobus Frater Domini, talem superstitiosum, vanum & ægrotis inutilem ritum adhibere præcepisset.

§. 5.

Nos autem cum indubitate credamus, nil Apostolos neque locutos esse neque egisse, nisi per Spiritum sanctum, & quod a Christo præceptum illis fuerit, ergo & in hoc Domini mandatum habuisse firmiter statuimus, cui obtemperantes illo quoque usi sunt, & dictus Apostolus instinctu Spiritus sancti adhortans credentes, ejusmodi unctione ut uterentur, præcepit.

§. 6.

Quoniam vero hic ritus unctionis, dispersis Christianis solum administrabatur ab Apostolis, consequenter præceptum dedit, ut ægrotante quonam inter illos, Sacerdotes Ecclesiæ ad ungendum adhiberent, tanquam respectu salutis & restitutionis & animæ & corporis eorum divinitus ordinatos spirituales Mysteriorum Dei dispensatores atque ministros pro populo interceſſuros, de quo etiam illis ratio erit reddenda, quippe qui Dei gratiam adepti expeditiori gaudent aditu ad intercedendum coram unico Medico animarum ac corporum, pro omni commodo populi necessario & utili.

§. 7.

Ægrotante quodam inter vos accersat Presbyteros Ecclesiæ, qui orent pro eo, ungentes eum oleo in nomine Domini. Et Oratio fidei servabit laborantem erigetque eum Dominus: quod si peccata commiserit, remittentur ei; quoniam vero Orationes & preces immundorum & in statu conversionis non existentium Deus

Deus non exaudit a), insuper admonuit, prius pœnitentiam agendam & peccata confitenda esse, postea autem in spe & firma in Deum fide Sacerdotum invocationi & orationibus adjungendam esse unctionem.

a) Es. 1, 15. Prov. 15, 29. Joh. 9, 31.

§. 8.

In tali autem bono ac accepto tempore, cum videlicet homo per conversionem & pœnitentiam Deo adpropinquat, propria pariter ac Sacerdotum pro ipso in fide peracta oratio multum valet; & non solum reddit Deus ægrotanti sanitatem, sed etiam a peccatis eum absolvit, quibus forte laboraverit: teste itidem divo Paulo de indigne & non in fide sacræ cœnæ adpropinquantibus, dicente: propterea inter vos multi sunt infirmi & valetudinarii, & dormiunt multi 1). Confitemini autem alii aliis offensas, & precamini alii pro aliis, ut sanemini: multum enim valet deprecatio justi efficax 2); David, inquit: inquiebam; confitebor defectiones meas Domino; & tu sustulisti pœnam peccati mei maxime: propter hoc oraturus est te, quemcunque benignitate prosequeris 3), & Syrach: Cor suum adhibebit ad Dominum mane accedens suum opificem, & precabitur coram altissimo, & aperiens os suum in oratione de peccatis suis deprecabitur. Quum Deus ille magnus voluerit, impletur Spiritu prudentiæ. Is profundens verba sapientiæ suæ, etiam in oratione celebrabit Dominum 4). Deus enim semper ad exaudiendum est paratus, quare & dicit: tempore accepto exaudivi Te, & in die salutis auxiliatus sum tibi 5); operante ipsomet secundum placitum voluntatis suæ, in ægrotante restitutionem, ritum unctionis clementer respiciendo; & quanquam non pateat in primitiva

1) 1. Cor. 11, 30.

2) Jac. 5, 16.

3) Ps. 32. leg.

4) Syr. 39, 6-10.

5) Es. 49, 8. 2 Cor. 6, 2.

Ecclesia primævorum Christianorum ubique Apostolos illo ritu fuisse usos, tamen sat liquido constat eum non fuisse plane neglectum, sed potius ut in usu quodam existentem a divo Jacobo esse ordinatum, jubente per Spiritum sanctum popularibus suis ut peragerent.

§. 9.

Hinc græca sancta Christi Ecclesia hoc mandatum observans, hunc ritum circa ægrotantes recepit, firmiter credens verbis divi Jacobi adductis, quod nempe non solum restitutio corporum in pristinam sanitatem, sed etiam remissio peccatorum inde efficiatur; quare & inter nos morbo adfectus, spiritualem suum patrem ad se venire curat, apud quem Deo peccata sua confitetur, quæcunque a confessione proxime ante facta, voluntarie aut involuntarie, cogitatione, verbo vel facto, commiserit; adhibitis deinde septem vel quod placet, ad minimum tribus, vel si plures haberi nequeunt, & duobus sacerdotibus ad orationem, qui in vasculo quodam simplex oleum olivarum imponunt, adhibentes preces huic ritui consuetas, ex Apostolis quoque & Evangeliis quædam perlegentes, & precantur de animæ & corporis restitutione ægrotantis obsecrando Deum, ut per nomen unigeniti sui Filii in Spiritu sancto benedicat & sanctificet oleum illud, ac reddat oleum sanctum ad sananda omnium morborum genera; quippe qui ipse per Moysen ac Apostolum dixit: Omnis creatura per sermonem Dei & orationem sanctificatur a): benedicto ita in nomine Domini nostri Jesu Christi per invocationem Spiritus sancti oleo illo, ungunt ægrotantem in nomine Domini, perlegentes inter alias sequentem oratiunculam.

a) 1. Tim. 4. 5.

Oratio

Oratio quæ unctioni ægrotantium adhibetur.

Pater sancte qui misisti in mundum unigenitum tuum filium omnem morbum & luem corporis sanantem, ipse & nunc in nomine unigeniti filii tui, gratia & inhabitatione Spiritus tui sanctissimi sana servum tuum N., libera eum a morbo adfligente, & erige eum a lecto dolorifico; ut restitutus glorificet Te Patrem carentem principio & Filium tuum tibi coævum una cum sempiterno tuo Spiritu unum Deum in tribus Personis, & natura una, cui sit gloria, honor & potentia, perpetuo, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

§. 10.

Facultatem autem ac operationem factæ restitutionis, naturalis ac materialis olei virtuti esse adscribendam non dicimus nec credimus, quod absit, sed ineffabili & omnem captum ac rationem longe excedenti, ac absconditæ supernaturali omnipotentis Dei, facultati & operationi acceptam referimus, ita tamen ut pariter ac aqua in baptismo conjunctim operetur, ac sanet venientem in indubitata fide, quærentemque a Deo suam restitutionem. Itaque per fidem ambulamus non per adspectum b). Omnia enim Christi mysteria fidei superstructa sunt, & Deus respicit fidem & ægrotantis & Sacerdotum.

b) 2. Cor. 5, 7.

§. 11.

Ægrotum enim per Sacerdotes in vera ac firma ſpe ac fide a Deo reſtitutionem & animæ & corporis ſperantem, credere oportet Deum juvandi facultate pollere. Quis enim fiduciam habens in Domino pudefactus eſt? aut quis manens in reverentia ejus derelictus eſt? aut quis invocavit eum & deſpectus eſt ab eo! quoniam pius & miſericors Dominus, longanimis & infinitæ miſericordiæ eſt, & remittit peccata, & ſervat adflictionis tempore 1), & omnia fieri poſſunt credenti 2). Sicuti etiam fœmina credens tangendo ſolum ſanatum iri, & in fide tangens veſtimentum ejus, reſtituta eſt: dicebat enim apud ſe, ſi ſolum tetigero veſtimentum ejus, liberabor 3), & Chriſtus: Fides tua te liberavit, & liberata mulier fuit ab eo momento 4), & his ſimilia exempla plurima proſtant.

1) Syr. 2, 10-13.
2) Marc. 9, 23.
3) Matth. 9, 21.
4) Matth. 9, 22.

§. 12.

Sacerdotes vero credere oportet, ubi duo aut plures congregati ſunt in nomine Domini, illum in medio eorum eſſe, & ipſos fide petentes aliquid pro populo, quæ petiere, ſecundum promiſſionem eſſe impetraturos: Nam ille ipſe præcepit dicens: Petite & dabitur vobis: quisquis enim petit, accipit 1); & quæcunque precando petieritis, ſi credideritis, accipietis 2). & rurſum dico vobis, ſi duo ex vobis conſenſerint in terra, de omni re quam petierint, fiet eis a Patre meo qui in cœlis eſt 3).

1) Matth. 7, 7.
2) Matth. 21, 22.
3) Matth. 18, 19.

§. 13.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0238
DFG

§. 13.

Et quamvis ad unctionem cui preces adhibitæ, ægrotus ſanitati non reſtitueretur, nihilominus tamen Sacerdotes & publice & privatim Deum orare non deſiſtunt, ut ſi ſanctiſſimæ ſuæ voluntati ita placeat, eum vita imbecillitatis immuni donaret: Deus enim non defectui habet preces hominum, ipſique eſt perfacile ægroto donare reſtitutionem: Nam quis noverit conſilia Dei aut cui eſt notum, quare hunc cito laborantem adjuvet, alterum diutius caſtiget: inde & Paulus de ſe ipſo confitetur; ſe ſuper aliquam rem ter Deum rogaſſe, ſed reſponſum tuliſſe, ſufficit tibi gratia mea: nam potentia mea per infirmitatem conſummatur. a)

a) 2. Cor. 12, 9.

§. 14.

Nos quidem homines ſæpenumero ut qui deſiderio vitæ tenemur, Deum oramus velit nobis vitam ab omnibus morbis longiſſime remotam donare, arbitrantes noſtræ vitæ ultimam horam adhuc non veniſſe; Sed qui ſcrutatur omnia, ſæpius & citra voluntatem noſtram in alteram nos transfert vitam, tempore nempe noſtræ vitæ definito, & quando ſanctiſſimæ ſuæ voluntati ita viſum eſt: quare & Sacerdotes Dei voluntate precando de ægrotorum ſanitate non reſiſtunt; Illi enim precantur ut homines, ut operetur ſecundum conſilium voluntatis miſericordiæ ſuæ; ipſe vero ut omnium rerum ſcrutator efficit ſecundum ut noſcit & ſibi placet, hunc reſtituendo, illum alteram in vitam collocando, quod & Apoſtolorum tempore factum.

§. 15.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0239
DFG

§. 15.

Proinde non ſolum & ad hunc usque in diem, divina operante virtute, per benedictum illud oleum precibus in fide ad Deum miſſis, omnia morborum genera ab ægrotis expelluntur; ſicuti etiam veteris teſtamenti temporibus per Emplaſtrum ex fico, Heſeckiam 1); per aquam Jordani Naeman 2), & per lutum ex ſpuma & terra cœcum ſanavit (heic vero notandum, ſacro illo oleo non cadavera exanimata, ſenſibus ſcil. & anima orbata, ſed homines adhuc vivos ungi) ſed etiam ſine iſto oleo per jejunia, orationes 3) ac preces piorum ac in Deum ſumma fiducia credentium Epiſcoporum ac Sacerdotum, Dæmones, invocatione nominis Domini noſtri Jeſu Chriſti, audita, ejiciuntur, nec non qualibet ægritudine laborantes ſanantur; Et in noſtra Chriſtiana Eccleſia variis morbis adflicti divina operante gratia quotidie fere ab iis liberantur, ut taceam infideles multoties quoque ſervatos.

1) Eſ. 38, 21.
2) 2. Reg. 5, 14.
3) Marc. 9, 29.

§. 16.

Ubi enim precatio firma in Deum fide a Sacerdotibus piis virtuteque ornatis, imo & a ſecularibus inſtituitur, ibi multum valet potentia divina, ſecundum dicta Domini. Per orationem ardentiſſimam Helias effecit ne plueret: & non pluit ſuper terram annos tres & ſex menſes 1). Et rurſum oravit, & cœlum dedit pluviam; Ezechias per orationem lachrymis intermixtam a morbo reſtitutus eſt 2); Per orationem cum lachrymis Anna Helckanæ uxor concepit ac peperit Samuelem 3); quem poſtea totus Populus Iſraeliticus rogavit,

1) Jac. 5, 17. 1 Reg. 17, 1. cap. 18, 45.
2) 2 Reg. 20, 11.
3) 1. Sam. 1.

gavit, dicens: Supplica pro Servis tuis apud Jehovam Deum tuum, & ne moriamur quoniam peccavimus 4). Davide pulsante manu sua citharam Saulus respirabat, recedente ab ipso Spiritu illo malo 5). Ob Jobi preces Deus ipsius Amicis Eliphazo, Bildadi & Tzophari peccata remisit 6); Preces fundente Daniele leonum os occludebatur, ne ipsi læderent 7), hujusque ac sociorum oratione ignis vehementia sedata est 8); Apostolorum precibus Mathias in Apostolum est electus 9); Per preces iram Dei a populo avertit Moyses, ac Deum vidit 10); & Abraham cum orasset Deum, curavit Deus Abimelecum, & uxorem ejus & ancillas ejus ut parerent 11); per preces Elisæus excitavit filium Schunammitidis 12); per preces & invocationem nominis Domini Petrus surgendi facultatem claudo largitus est 13); per preces a Philippo impuri Spiritus clamantes rejiciebantur & omne malum ac imbecillitates profligabantur 14). Taceam cetera complura a Prophetis & Apostolis miracula ad numerum fere infinitum, perpetrata. Silentio quoque præteream innumera ista quæ Patres & Sancti, per preces & orationes peregerunt, qui & mortuos suscitaverunt, leprosos purgarunt, immundos Spiritus ejecerunt, omnemque aliam ægritudinem ac morbum vivi, imo & post mortem sanaverunt; & de magno solum sancto Gregorio, quod traditur, adducam, eum nimirum per preces liberasse Trajanum Imperatorem ex inferno, dicente ei altissimo: Ecce preces tuas exaudivi & liberavi Trajanum ex Inferno, sed cave, ne ultra pergas pro impiis orare.

4) 1. Sam. 12, 19.
5) 1. Sam. 16, 23.
6) Job. 42. leg.
7) Dan. 6, 22.
8) Dan. 3, 23.
9) Act. 1, 24.
10) Exod. 33. leg.
11) Gen. 20, 17.
12) 2 Reg. 4, 33.
13) Act. 3, 6.
14) Act. 8, 7.

§. 17.

Per hos quoque hodiernum usque in diem ægro-

tantes Christiani in fide, sanitatem plurimasque alias gratias a Deo nostro & Jesu Christo acquirunt, virtute & operibus eorum, amatoribus Historiæ ex scriptis & vitis facile innotescentibus.

§. 18.

Nostra quidem ætate, (cum non sit adeo necessarium miracula ut fiant, mortui suscitentur, visus cœcis restituatur, & claudis ambulandi facultas detur, tamen, si quis inter tot pios fide indubitata Deum de tali re precatus esset, illum id quod precatus esset non obtenturum, minime dixerim, tanquam singulis in Ecclesiis talia fieri non necessarium esset, & jam propter plantatam Ecclesiam amplius fieri nequirent: plantatam enim stricte sic dictam Ecclesiam, admodum angustis circumscriptam esse limitibus, arbitror; plurimis sola nominis ostentatione gaudentibus, in operibus autem ethnicis ambulantibus: & licet fide simus debilitati, crescamus autem in peccatis in iisque promtiores reddamur; nihilominus tamen Deus habet suos, etiamsi mortuos non excitent, leprosos non purgent, oculos, cœlorum non aperiant & id similia non perpetrent) secundum œconomiam Dei & temporum vices, Christianis salutem cupientibus sufficit, immediate proprias per preces, aut mediate per Episcoporum & Sacerdotum, ipsis quod utile sit, adipisci, quibus fusis multoties a Spiritibus obsessos liberatos, ægrotantes restitutos, febri laborantes sanatos, & a similibus morbis & malis divina accedente gratia in nomine Domini nostri Jesu Christi multos esse restitutos, quotidiana probant exempla; quæ & demonstrant, multos Sacerdotum ob male-

maledictionem a Deo graviter esse castigatos. Hæc omnia autem omnipotens efficit Deus, quia novit hominum corda & vias eorum.

§. 19.

Crysantus Patriarcha Hierosolymitanus, vir eruditione ac omni virtute præclarus, exiens ex civitate quadam, cujus nomen taceo, ei maledixit, & vix tres transierant dies, ex quo incolæ morientes vix ob multitudinem sepelire poterant, nec prius ab ista lue liberabantur, quam Patriarcham rogabant, qui ex monasterio in monte sancto constituto misit duos Deum timentes sacerdotes ad precandum Deum qui tandem Populo gratiam divinam obtinuerunt. Oculatus sum testis, piscatores ab illo maledictos ne sqvamam quidem retibus includere suis valuisse, usque dum iterum benedixit: Hic idem deliberavit etiam Ducem quendam exercitus, antea in manus Diaboli per preces suas traditum: taceam reliqua quæ peregit; nec multis adducam Jeremiam Patriarcham Constannopolitanum, qui filiam Principis cujusdam infidelis per preces suas ab impuro Spiritu deliberavit, linquo etiam res gestas aliorum Patriarcharum ac Episcoporum Taceo nomina amicorum meorum, ne ipsi adhuc vivi hoc legentes, damno inanis gloriæ periclitentur, ex quibus odium exercentes mutuum per invocationem nominis Christi ab Abbate quodam obmutuere, & iterum per preces restituti sunt; Secularis quidam Juvenis Mercator precibus suis aperuit cœlos, & per tridui spatium pluit, me etiam teste oculato; hic deinde Monachus factus est; taceam denique juvenem cujus manibus peractis miraculis Turcas Deus tremore percussit, qui po-

ſtea Monachus ordinis ſacerdotalis factus eſt, taceo Abrahamum, Philotheum & Agapium quos ut Pauli, imitatores, in Oriente, inter Turcas miranda patrantes, de facie novi; Nolo enarrare ſanationes, quæ fiunt quotidie a piis Sacerdotibus, in monte ſancto, & aliis locis degentibus. O! quanta vis precum; O! quantum valet Oratio fidei; de incredulitate vero ipſe Chriſtus Apoſtolos ſuos privatim percontantes, quare filium per intervalla a Diabolo adflictum, expellere non potuiſſent, vituperavit, reſpondens: propter incredulitatem. Hæc eſt unica cauſa, hoc ſolum eſt obſtaculum, impuritas ſcil. cordis, colluvies ſcelerum, & inde originem ducens incredulitas ſeu defectus fidei & virtutis, quare & Deus miracula operari ceſſavit.

§. 20.

Nam per homines peccatis voluntariis quotidie immerſis Deus nullo modo operatur, quamvis aliquantulum vocante gratia ſua & pulſanteiis inhabitet, cito tamen rurſus abit, teſtante Scriptura. Unde etiam Chriſtus inquit: ſi habeatis fidem quantulum eſt granum ſinapis, dicetis huic monti, transgreditor hinc illuc: & demigrabit: & nihil impoſſibile vobis erit 1) & alibi: Signa autem, eos qui crediderint, hæc conſequentur: per nomen meum dæmonia ejicient; linguis loquentur novis: Serpentes tollent, quod ſcil. Apoſtolis uſu venit; & ſi quid lethale biberint, nequaquam nocebit eis; ægrotis manus imponent, & bene habebunt 2). Heic notamus vocabulum πιστεύσαντες (credentes) tempore indefinito in græco exſtare.

1) Matth. 17, 20.

2) Marc. 16, 17. Act. 2, 4. cap. 16, 18.

§. 21.

§. 21.

Hinc, quamvis donum linguarum cum Apostolis cessavit, non tamen sequitur dona sanationis ut supra jam demonstravimus simul plane cessasse, quin potius in seculum quartum post humano generi restauratam salutem vegeti in vigore exstitit, quin imo & historiis docemur, ea subsequentibus seculis hinc & inde, imo & novissimis temporibus, & nostra quoque ætate, non solum inter nos, sed quoque passim in Europeæ partes ad finem perduci exoptatissimum, quod & acta publica, judiciorum testimoniis corroborata, testantur; eandem quidem ob rationem, qua sacerdotii potestatem, qua non solum Apostoli soli, sed etiam subsequentes Ecclesiæ Doctores ac Ministri erant & erunt exornati, suam exerere efficaciam, prehendimus; quod si quis negare auderet, consideret quæso, in peccato quodam manifesto vel sub excommunicatione constitutorum morientium corpora seu cadavera, quæ non putrefiunt, per preces autem & Orationes Patriarcharum & Episcoporum temporis momento tremendo & non satis mirando modo in cineres resolvuntur, quod ne ab Apostolis quidem effectum legimus. Talia cadavera Tympanites Græcis adpellantur, qua de re magnum Historicorum numerum in promptu habebis consulendum.

§. 22.

Si quis vero in dubium hoc vocaret, opponendo impossibilitatem ac dicendo, contra naturam hoc

esse videri, respondemus quærendo: Num manus omnipotentis jam sint ligatæ? imo, si hac ratione procedendum & in miraculorum, quorum Scriptura mentionem facit, possibilitatem esset inquirendum, quæ tamen miraculorum nomine venirent, nisi extra naturæ cancellos vagarentur. Sed nimis procul ab instituto.

§. 23.

Ultimum hunc & septimum ritum unctionis, propter ineffabilem modum, spiritualis restitutionis, & peccatorum remissionem, adpellamus, sicut cæteros, Mysterium.

§. 24.

Ad consummationem ac perfectionem horum rituum res quatuor concurrunt: **MATERIA**, ex. gr. aqua & similiter in reliquis. **FORMA**, seu verba Domini. **CAUSA EFFICIENS**, Paracletus, Spiritus veritatis, qui ubique præsens omnia perficit, & in illo communis gratia sacro-sanctæ Trinitatis. **FINIS** animarum Servatio.

§. 25.

§. 25.

Hi quidem ritus nullibi in sacra Scriptura adpellantur directis verbis, mysteria, indirecte tamen, Paulo ita loquente: Sic de nobis reputet homo ut de ministris Christi, & Dispensatoribus mysteriorum Dei 1), quæ & universa Christi Ecclesia, hac in re imitando spiritualem mysticum numerum septenarium donorum spiritus, ut ab initio edocta est, confirmavit & stabilivit. Numerus septenarius in Scriptura multoties invenitur. Johannes in Apocalypsi inquit: gratia vobis & pax ab eo, qui est & qui erat, & qui venturus est, & a septem Spiritibus, qui in conspectu ejus Throni sunt 2): Septies se lavavit Naeman 3), septem erant candelabra 4), totam illucentes Ecclesiam; Septem nobis præscripta sunt spiritualia dona; Septem Tubis prostrati sunt Muri Urbis Jericho 5). Septem cornua sunt Bestiæ, quæ sunt septem peccata mortalia 6); & septem sigilla libri, quorum apertor est Leo ex Juda 7), ut taceam plura ejusmodi alia quæ a nostratibus mystice intelliguntur.

1) 1. Cor. 4, 1.

2) Apoc. 1, 4.
3) 2. Reg. 5. leg.
4) Exod. 25, 31. 37.

5) Jos. 6, 20.

6) Apoc. 13, 1.

7) Apoc. 5. tot.

§. 26.

Ecclesia itaque in omnibus ut pie reverenter ac ordinate secundum Paulum adhortantem, ut omnia decenter

a) 1. Cor. 14, 40. center & secundum ordinem fiant a), ambulet, septem hæc mysteria tenet. Septenario enim in numero multa nobis incognita celantur mysteria, ut omnibus saniori doctrina instructis satis patet.

§. 27.

Credimus nos sine tribus illis Mysteriis, Baptismatis videlicet, sacræ cœnæ, & pœnitentiæ seu ad Deum conversionis, hominem non posse intrare regnum cœlorum, neque cum Christo uniri, exceptis fidelibus Martyribus, qui pœnitentiam agentes ante Baptismum violento modo vitæ eripiuntur, in quibus Baptismum ac cœnæ communicationem per sanguinem eorum perfici dicimus, quod & factum est in puerulis sub Herode occisis, nec minus in iis, qui subsequente tempore sub jugo persecutionis, de quo primæva Ecclesia sat acerbe ingemuit, mortem ad violentam sunt rapti.

SACRA TUBA FIDEI.

LIBER III.

CAP. I.

Anchora fidei & Consensus Conciliorum.



§. 1.

CRedimus Tria præ aliis valde necessaria esse, eaque præstantissima maximæque utilitatis, quæ ad salutem nostram conducunt reparandam, & introitum nobis in regnum cœlorum per Christum promovent, Fides nimirum, Spes & Charitas, seu, quod unum idemque est, bona quæ inde profluunt opera.

§. 2.

Et quidem veneramur, respectu fidei unum tantummodo Deum, Patrem & Filium ejus unigenitum una cum S. Spiritu sempiterno, constante nempe & immota fide cultuque soli Deo debito; eundem in modum ac sancta cohors trecentorum & octodecim, qui Niceæ congregati fuerunt, sanctorum Patrum, eorumque imitatores, quippe qui, ut ipsi crediderunt ac unanimiter confessi sunt, ita quoque super basin illam auream pretiosissimorum lapidum, 12. scilicet Apostolorum, incorruptam ex 12. Articulis constantem Apostolicæ fidei Confessionis catenam fundarunt, eandemque ceu Normam credendorum toti Ecclesiæ tradiderunt, idque ut proximi Apostolorum successores & qui haud longe post reparatam humano generi salutem vixerunt: Posteriori tempore celeberrimi quoque Ecclesiæ Doctores eandem Fidei Confessionem unanimi corde obsignarunt & confirmarunt; quam, ut fallere nesciam, absque omni fuco, incorrupte & constanter quoniam servarunt primi nostri Parentes; ita quoque nos eam ipsam tenemus & ad finem usque mundi post illos & cum illis retinebimus: & ita eandem unanimi concordia confitemur, illamque ad exemplum Patrum anima & corpore amplectimur, utut ejusdem Fidei Spiritus participes, secundum dictum hoc Propheticum: Credidi, ideoque loquor 1); quapropter & nos credimus & loquimur

1) 2. Cor. 4, 13. Ps. 116, 10.

Fidei Confessionem:

SYMBOLUM NYCENUM, SEU S. ATHANASII.

§. 3.

1. Credo in unum Deum Patrem, omnipotentem, factorem cœli & terræ: visibilium omnium & invisibilium. 2. Et

2. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, ex Patre genitum ante omnia secula: lumen e lumine, Deum verum e Deo vero: genitum, non factum: ejusdem cum Patre substantiæ: per quem omnia facta sunt.
3. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem, e cœlis descendit: atque incarnatus est ex Spiritu S. & Maria virgine, homoque factus est.
4. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus.
5. Tertia die resurrexit secundum scripturas.
6. Idem ascendit ad cœlos: sedet ad dextram Patris.
7. Rediturus est cum gloria, ut judicet vivos & mortuos: cujus Regni non erit finis.
8. Et in Spiritum S. Dominum & vivificum: qui e Patre procedit, qui cum Patre & Filio simul adoratur & simul glorificatur: qui per Prophetas locutus est.
9. In unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam.
10. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum.
11. Expecto resurrectionem mortuorum.
12. Et vitam futuri seculi, Amen.

§. 4.

Ne autem Symbolum hocce Confessionis, nostræ orthodoxæ & immotæ Fidei, cum mora & Spatio temporis mutaretur, mandavit Imperator ille Justinus, anno imperii sui 5to, post nativitatem vero Christi 545to, secundum testimonium Historicorum, ut in omnibus Christianorum Ecclesiis tam orientalibus quam

occidentalibus hoc ipsum Symbolum ante orationem Dominicam ulla absque variatione publice recitaretur.

§. 5.

Eundem in modum Rex quoque Hispaniæ Richardus anno Christi 589. in tertia Synodo decretum fecit, quo omnes Hispanorum & Gallorum Ecclesiæ tale symbolum ad normam nostræ Ecclesiæ publice prælegere tenebantur.

§. 6.

Circa initium Seculi noni anno recuperatæ per Christum salutis 809. (alii alium ponunt annum) jussu Cæsaris in Occidente Caroli Magni convocata est Synodus, cui plurimi Patrum Orientalium interfuerunt, & inter alios Johannes, Pater quidam Hierosolymitanus, natione Græcus, qui, ut perhibetur, sermonem coram Imperatore habuit de Spiritu sancto, quo commotus Cæsar ad Papam Leonem III., præter unum Abbatem, duos ablegavit Episcopos; jussu autem Papæ, ut narrat eruditissimus ille Cardinalis Baronius in observationibus suis chronologicis, insculptum est Symbolum hoc, literis nempe græcis & latinis, duobus Tabulas ex argento confectis, 94, præter dimidiam, librarum pondere: Hinc Anastasius, Bibliothecarius Apostolicæ hujus Cathedræ, in vita Papæ Leonis III, Tabulas hasce, ut cuique secundum formam Ecclesiæ Græcæ, paterent perlegendæ, in Templo S. Petri appensas esse, commemorat. Huic quoque sententiæ robur addit Batavus ille Jesuita Dionysius in Theologia sua dogmatica Tom. 2. de Trinitate Lib. 7.

§. 7.

§. 7.

Similiter de Imperatore Basilio ex Macedonia oriundo narrant Historiæ, quod anno Regiminis sui 13, post natum vero Salvatorem 879, conventum quendam Synodalem agendum curaverit, quem 383. Episcopi sua quoque præsentia celebrarunt, in quo (tempore Papæ Johannis) Patriarcha Constantinopolitanus, eruditissimus ille Phocius, nec non Papæ & reliquorum Patriarcharum Nuntii, debita decernendi potestate instructi, statuerunt ac confirmarunt, quod nulla ratione, & ne quidem in minutissimis ab isto, cujus mentionem fecimus, symbolo discedendum esset: & ita quoque tota ubicunque locorum Ecclesia illud ipsum semper confessa est, donec latina Ecclesia additamentum quoddam fecerit & a publica hujus symboli prælectione cessaverit. Ecclesia vero Orientalis sive græca limites sibi a Patribus propositos jugiter retinet ac observat, & ita huic obtemperat mandato: ne moveas terminos Patrum tuorum.

§. 8.

Sanctus quoque Hieronymus in 6ta sua ad Pammachium Epistola testatur, duodecim hos fidei Articulos brevi compendio usitatos fuisse eodem jam tempore, quo Evangelium prædicare inceperunt Apostoli; Postea vero prima illa œcumenica Niceæ habita Synodus symbolum hoc in distinctos octo Articulos redegit, quod autem reliquis quatuor, de proprietatibus Spiritus sancti articulis adauxit secundus ille Synodalis conventus.

§. 9.

Narratur etiam primum Symbolum ab Athanasio sancto illo & magno Patre suffragante tota Synodo compositum esse; secundum autem, omnium similiter cum consensu, a Theologo Gregorio Nazianzeno.

Tabula †.

Et tantum de Fide.

§. 10.

Quod ad Spem attinet, habemus per illam, firmam, in fide fundatam & ab omni dubitatione liberam in Deum fiduciam; quapropter sursum evectis, per preces ac intercessiones corde profluentes, mentis nostræ sensibus, cum cœlestibus illis, Spiritualibus & immaterialibus corporibus Spirituali modo & vinculo copulamur, Deoque misericordi puro animo ac omni cum humilitate supplicamus, dignetur, etiam dum heic vivamus, omnia, quæ saluti nostræ tam corporali quam Spirituali & remissioni peccatorum inserviant & necessaria sint, nobis largiri, & ita se cum Spirituali sua & interna unione, divinaque misericordia nullatenus nobis subtrahere; ut ipse pollicitus est: Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi 2). Ut etiam nos beneficia, quibus ille, ceu Scrutator & Gubernator omnium rerum, nostram hanc fragilem, miseram, caducam ab subito transeuntem vitam ad utilitatem & usuram donare dignatur, jam heic recte accipiamus, illisque in emolumentum nostrum præcipue Spiri-

2) Matth. 28, 20.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0255
DFG

Loca ubi celebratæ.	Imperatores sub quibus convocatæ.	Papæ qui tunc temporis vixerunt, eorumque Vicarii.	Patriarchæ, Episcopi, & nonnulli eorum instructi auctoritate Legati.	Hæretici, adversus quos institutæ.	Patres qui fuerunt præsentes.	Regulæ quas præscripserunt.	Annus quo habitæ sunt.
I. Niceæ.	*Prima acta est Synodus Anno primi christiani Imperatoris* CONSTANTINI MAGNI *nono.*	SYLVESTER, BITON, VINCENTIUS.	METROPHANES Episcopus Constantinopolis, ALEXANDER Alexandriæ, EUSTACHIUS Antiochiæ, MACARIS Hierosolymæ.	Adversus Arrium, qui Filium Dei esse creatum statuebat.	318. Tot enim â Nativitate Christi profluxerunt Anni	20.	318. Alius quidam ponit Annum 325.
II. Constantinopolis.	*Secunda Synodus* 70. *post primam Annos habita est, secundo nempe* THEODOSII MAGNI *Regiminis Anno.*	DAMASUS. Nonnulli eumipsum præsentem fuisse perhibent, quod tamen alii negant, eumque nullos misisse auctoritate agendi instructos existimantes.	GREGORIUS Theologus, & GREGORIUS Nyssenus, AMPHILOCHIUS Episcopus Iconensis. TIMOTHEUS Patriarcha Alexandriæ. MILETIUS Patr. Antoch. MACARIUS, vel ut alii dicunt, CYRILLUS Patriarcha Hierosolymitanus.	Contra Macedonium, qui Spiritus sancti Divinitatem, eumque ejusdem cum DEO substantiæ esse negabat.	150.	7.	362. Alii ponunt 395. Alius 385. Alius 352. Alius 383.
III. Ephesi.	*Tertia Celebrata est annos post secundam* 120. *Anno Imperii* THEODOSII JUNIORIS *decimo tertio.*	COELESTINUS.	CYRILLUS Patr. in Alexandria qui simul Papæ quoque fuit Legatus. JUVENALIUS Patr. Hierosolymæ.	Adversus Nestorium, qui Christi negabat Divinitatem.	320.	8.	404. Alii dicunt 414. Alius 435. Alius 434.
IV. Chalcedonis.	*Quarta convocata est annos decem post tertiam, & ut perhibetur, sexto, quo regnavit Anno Imperator* MARTIANUS.	LEO PRIMUS. alii nomin. LEONTIUM. PAPALINUS & LUCIAN.	ANATOLIUS Patr. Constantinop. JUVENALIS Patr. Hierosolymæ, alii ponunt MAXIMUM.	Adversus Archimandritam quendam nomine Eutichium & Dioscorum, qui Christum unam tantum, nimirum humanam, habere naturam dicebant.	630.	30.	425. Alii ponunt 507. Alii 451. Alius 455.
V. Constantinopolis.	*Quinta habita est post Quartam* 86. *annos, Imperii Anno* JUSTINIANI MAGNI *decimo quarto, ex sententia Aliorum* 26to, *imo nonnullorum, primo anno.*	VIGILIUS ipse præsens.	EUPTEGIUS Patriarcha Constantinopolis. Alii ponunt MINAM. ANATHOLIUS Patriarch. Alexandriæ. DOMINICUS Antiochiæ. EUSTACHIUS Patr. Hierosolymitanus.	Contra Origenem, qui statuebat animas ante corpora esse, easque ê corporibus egressas alia iterum intrare. Infernales cruciatus non esse æternos & infinibiles. Diabolos ad priorem redituros esse gloriam. Corpora nostra non resurrectura. Non visibilem aliquem à Deo conditum esse Paradisum; Nullumque Adamum habuisse corpus.	165.		527. Alius ponit 558. Alius. 533. seu- 534.
VI. Constantinopolis.	*Sextum synodalem egerunt Conventum* 24. *post Quintam annos,* CONSTANTINI HYPOGONATI *Anno Regiminis decimo tertio.*	AGATHON THEODORUS & SERGIUS.	GEORGIUS Patr. Constantinopolitanus. PETRUS Curator Alexandr. & THEOPHANES Curat. Antiochiæ.	Adversus Papam Honorium, Sergium, Macarium, ejusque discipulum Stephanum, qui CHRISTUM una tantum gaudere voluntate, unaque actione statuebat.	170.		696. Secundum Alios 682. & Alium 710.
VII. Niceæ Bythiniæ.	*Septima denique celebrata est Synodus octavo Imperii Anno* CONSTANTINI, *ejusque Matris Erinæ. Hæc iterum regnante* JUSTINIANO RINOMITO, *in Palatium quoddam Constantinopolis Trullo sic dictum convocata est; ibique præsentes fuerunt* PAULUS *Patriarcha Constant. &* BASILIUS *Episcopus Cretæ, qui etiam ex data Auctoritate Papæ egit partes. In hac Synodo* 5ta & 6ta *confirmatæ sunt, nec non* 102. *datæ regulæ, in præsentia ducentorum viginti septem Patrum; unde quoque* 5ta & 6ta *appellata est Synodus.*	ADRIANUS PETRUS & alius quidam PETRUS.	TARASIUS Patr. Constant. POLITIANUS Alexandr. ELIAS Hierosolymæ. THEODORETUS Antiochiæ, omnesque Patres, qui Quintæ & 6tæ interfuerunt Synodo.	Adversus Oppugnatores Imaginum; & decretum est, Imagines sanctorum, respectu materiæ earum, instar Deorum non esse adorandas, sed propter sanctos Cœlites in honore habendas.	367.	20.	778. Alii ponunt 797. Alii 789. Nonnulli 787.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0256
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0257
DFG

Spirituale fruamur; donec in veram illam & omnibus divitiis abundantem Patriam regnumque cœlorum ineffabile tandem nobis transmigrare contingat, ubi nunc etiam nos converſationem habere oportet haud interrumpendam, ſiquidem non dubitemus, fide autem tanta ſalute perfruamur, &, quod eadem omnino potituri ſimus, firma cum ſpe gaudio ex ultemus 3). 3) Matth. 7. leg.

§. 11.

Hinc coram Deo & Servatore noſtro Jeſu Chriſto cordis genua flectimus, Deum Salvatorem nec non ejus & noſtrum Patrem die nocteque ac indeſinenter ſupplices rogantes, velit per eundem Filium ſuum Jeſum Chriſtum ſuper nos Spiritum ſanctum emittere, ut ille in nobis habitet, & nos, quid ad nutum & voluntatis ſuæ beneplacitum faciamus ac precemur, doceat, ut quoque nobis ſit Conſolator ac principalis Adjutor noſtrarum precum, interceſſionum, omniumque reliquarum Orationum 4). 4) Rom. 8, 26. 1. Joh. 2, 27.

§. 12.

Inter omnes vero precandi formulas, quas ſpiritu orantibus ſuppeditat Scriptura ſacra, oratio Dominica, quam Servator ipſe nos docuit, principem ſibi locum vendicat. Hanc Dominus & Salvator noſter Jeſus Chriſtus, dum ex ipſi noto Patris decreto in his terris viſibiliter circum ambularet, compoſuit, ac omnibus novi Teſtamenti fidelibus tradidit; ut omnia, quæ per eandem in fide puroque corde petituri eſſent, impetrarent 5); quicquid enim corpori pariter ac animæ neceſſarium 5) Matth. 6, 8.

cessarium & utile, de quo etiam ut Deo Supplicemus opus est, hæc continet Oratio.

§. 13.

In prima hujus Dominicæ precationis parte continetur solummodo invocatio cœlestis Dei Patris, Filii & Spiritus sancti, quæ etiam Prologus appellatur; reliquæ autem ipsas petitiones sequenti sistunt ordine.

Oratio Dominica.

1. Pater noster, qui es in cœlis,
2. Sanctificetur nomen tuum,
3. Adveniat regnum tuum,
4. Fiat voluntas tua, quemadmodum in cœlo, sic etiam in terra:
5. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie,
6. Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris;
7. Et ne inducas nos in tentationem,
8. Sed libera nos a malo! Amen.

§. 14.

Finita hac oratione, subsequitur Salutatio per Archangelum Gabrielem S. Mariæ Virgini facta, quæ verba salutatoria eapropter alligata sunt cuique Christiano legenda, ut incarnationis Domini in utero Mariæ Virginis, virili absque semine, peractæ, eo promtius, ulla-

ullaque fine difficultate quivis recordetur, omnisque Populus fide præditus Christiana illam possit prædicare beatam; sicut enim ipsa in S. Scriptura hujus rei mentionem facit, dicens: Ecce, ex hoc tempore beatam me prædicabunt omnes ætates; & ut laudibus ornetur benedicta hæc Virgo, ceu unica cunctarum Virginum, quam omnibus reliquis mulieribus ac Virginibus anteferamus; Illam namque Deus, perspectam sibi habens sanctam ipsius puritatem, elexit dignamque censuit, quæ illius foret domicilium, quem totus capere mundus non valebat: Sicut enim destinata erat, ut, siquidem terreno cuidam Regi, sancto nempe Regi & Prophetæ Davidi originem debuit, ita quoque cœlestis ac supremi Regis mater fieret & ancilla 6).

6) Ps. 132, 11. Luc. 1, 38.

§. 15.

Incarnatione hac Servatoris nostri & sanctitate Matris Dei æqua pensitata lance, Deiparam Mariam majore, ac reliquos sanctos, honore, quibus reverentiam omnibus præstare tenemur, non vero adorationem (quam soli Deo nostroque Salvatori debemus, secundum dictum hoc: Nulli alii meam relinquere volo gloriam) prosequimur, eamque magnopere veneratam debita laude & Beatitudinis ipsius prædicatione celebramus.

Verba Prophetæ & Archangeli Gabrielis Ecclesia sancta in sequentem disposuit ordinem:

1. Ave Maria gratia plena,
2. Deipara Virgo,

3. Dominus tecum!
4. Benedicta tu in mulieribus,
5. Et benedictus fructus ventris tui.
6. Quia servatorem peperisti animarum nostrarum.

§. 16.

Varia adhuc in Evangelio occurrunt suspiria (sive brevissimæ Orationes,) quarum numero quoque censenda Publicani illa, percusso pectore, dicentis: Deus esto mihi peccatori propitius 7) & hæc, virorum lepra infectorum: Jesu, Magister, miserere nostri 8), ut etiam filii prodigi & deperditi in hæc erumpentis verba: Pater peccavi in cœlum & coram te, neque amplius sum dignus vocari filius tuus, fac me ut unum ex mercenariis tuis 9) nec non cœcorum: Miserere nostri fili David! Huc quoque pertinet Hymnus ille Angelorum & Pastorum: Gloria in excelsis Deo, in terra pax, hominibus bona voluntas 10), & quæ sunt reliquæ ejusmodi precatiunculæ: similiter ac in veteri Testamento, præcipue vero in Prophetis, Psalmis, Oratione Manassis, aliisque plurimis in locis.

7) Luc. 18, 13.
8) Luc. 17, 13.
9) Luc. 15, 18, 19.
10) Luc. 2, 14.

§. 17.

Ex hisce, eodemque tenore, perplurimas alias Sancti Patres composuerunt Orationes, pariter ac Hymnos formulasque adorandi & glorificandi Dominum, idque in laudem & gloriam supremi Entis sacro-sanctæ maximeque celebrandæ Trinitatis; ad quarum normam, ut illas tota nostra recepit Ecclesia, Cantica sanctorum vitæ descriptionem continentia (quæ eorum in memo-

memoriam ſancti Patres, Imperatores, aliique pietate & eruditione conſpicui tam virilis quam muliebris ſexus homines conſcripſere, ut deſiderium quoddam vitam eorum ſancte traductam imitandi excitetur auditoribus quippe quæ egregie compoſita ſunt) publice præleguntur.

§. 18.

Hac vero occaſione, ut aliqua Auctorum ejusmodi Hymnorum & ſanctorum vitæ deſcriptionum nomina recenſeamus nobis conceſſum ſit.

Patriarchæ.

1. Johannes Chryſoſtomus.
2. Gregorius Theologus.
3. Methodius.
4. Germanus.
5. Ænatholius.
6. Philotheus.
7. Photius.
8. Sophronius Hieroſolymitanus, aliique.

Imperatores.

1. Leon.
2. Emanuel Paleologus.
3. Conſtantinus Porphyrogenitus. & plures.

Epiſcopi aliusque conditionis Viri.

1. S. Magnus Baſilius.
2. S. M. Athanaſius.
3. S. Andreas Apoſtolus Cretæ Ep.

4. Ænthymus.
5. Arsenius Monachus.
6. Andreas Pyrus.
7. Byzantius.
8. Basilius, & alter
9. Basilius, Monachi.
10. Basilius Pegoreta.
11. Gregorius Nicomedeæ.
12. Georgius Siceliotes.
13. Georgius Silicensis.
14. Gabriel.
15. David.
16. Demetrius.
17. Theodorus.
18. Erethemius.
19. Monachi.
20. Ephrem Kariæ.
21. Zonoras.
22. Theophanes.
23. Theodorus Sickiotæ.
24. Theodorus Studita.
25. Johannes Euchaites.
26. Johannes Damascenus.
27. Johannes, Archi-Episcopus.
28. Johannes Stauracius.
29. Hierotheus Monachus.
30. Justinus Decadion.
31. Ignatius.
32. Joseph Studites.
33. Clemens.
34. Cyprianus Monachus.
35. Cosmus.
36. Leon Pegunius.
37. Marcus Monachus.
38. Leon Kategetes.
39. Marcus Monachus.
40. Methodius Pataron.
41. Mauro Leon.
42. Metrophanes.
43. Michael Pselius.
44. Nicolaus.
45. Nicetas Hiracleæ.
46. Xanthophilus.
47. Procopius Carthopilax.
48. Paulus

48. Paulus Ammonius.
49. Romanus.
50. Stephanus Hagiopolita.
51. Stephanus Sabaites.
52. Simon Logotheta.
53. Photius.
54. Sergius Hagiopolita.
55. Timocles.
56. Christophorus Protasicretæ.
57. Simon Thumastorita.
58. Philippus.
59. Kassiana.

Et alii plurimi, quorum nomina vel nos latent, vel cognitu non sunt necessaria.

§. 19.

Ejusmodi tamen preces, quibus Deum adoramus, ut indubitata fide firmaque Spe peragantur, necesse est, puritatem enim cordis & conscientiæ, nec non sinceram, omnisque falsitatis ac simulationis expertem Charitatem, ceu præcipuum sibi fundamentum requirunt.

§. 20.

Si quis itaque preces & intercessiones nostras, quibus Deum supplices veneramur, ut sua commotus misericordia quæcunque petimus, non tantum ad æternam nostram spectantia salutem, sed etiam huic temporali vitæ necessaria nobis largiri dignetur, auscultare velit, tertiam, nostramque in Christo salutem promoventem ac maxime necessariam virtutem, indissolubili nexu, & ad pedem quasi, Fidem & Spem subsequi de-

prehendet: Opus intelligo Charitatis, quo Deum super omnia, proximum vero ut nosmetipsos diligamus.

§. 21.

Charitas vero hæc totam illam & auream bonorum operum Catenam, seu quod idem est, obsequium spiritualibus præceptis præstandum in se continet, a qua quippe tota Lex & Prophetæ pendent 11).

11) Matth. 22. 40.

§. 22.

Ast fortassis dicas: Lex est Spiritualis, quapropter eandem tanta servare sanctitate ac perfectione hominibus impossibile, ut Charitas, secundum postulata Legis perfecta, sincera, pura & ab omni coram Deo macula purgata sit, æque ac Charitas Christi erga cœlestem ipsius Patrem perfecta, sincera, pura, & ne minima quidem affecta fuit labe; Verum enimvero heic ita respondere convenit: Deus ultra facultatem, cujus capax est homo, nihil exigit, quin potius secundum suam misericordiam, clementer nobiscum agit; alias tyrannica genus humanum crudelitate perderet.

§. 23.

Hinc sequitur, Deum indesinenti quasi flagrantem desiderio hominum auxilio erigendorum, nullatenus velle, ut humana charitatis mensura, supra possibilitatem aucta, ipsis injungatur, utpote secundum quam unicuique rependatur, sed potius magna cum tolerantia

rantia & longanimitate in homines ut creaturas debilitate corruptas judicium exercet.

§. 24.

Nos autem oportet omnibus uti viribus, quas divinum in regeneratione ſemen nobis infudit, ac ſummam pietati curam & diligentiam adhibere, ne inutiles deprehendamur ſervi; divina itaque adfulgente gratia, ut mandata Domini in puritate fidei obſervemus & Spiritualia vereque bona inde profluentia opera exerceamus, omni niſu contendere nobis incumbit, omnibusque & aſſiduis Deo per Jeſum Chriſtum adhærere precibus immota ſperantes fiducia, illum ipſum, qui bonum in nobis incepit opus, vires quoque largiri, ut omnia perficere valeamus, interea autem temporis quicquid infirmitatis adhuc nobis adhæret, non imputet, donec nos ad diem usque Jeſu Chriſti præſtet perfectos 12).

12) Phil. 1, 6.

§. 25.

Tali modo nos, etſi natura imbecilles ſimus homines, ea tamen, quæ ipſi placeat Charitate Deum complecti poſſumus; & ita quoque coram hominibus ſimul ac in conſpectu ipſius Dei juſtificati ſanctique exiſtere valemus: Quod exemplum teſtatur Jobi, qui etiam ac nos homo erat, eandemque cum nobis habebat naturam, nihilominus tamen propter Fidem, Spem, operoſam Charitatem & obſervationem præceptorum Dei practicam non tantum juſtus, ſed etiam inſons ac inculpatæ vitæ vir ab ipſo Deo appellatus eſt, & ita dignus, qui pro aliis ſuis intercederet precibus 13). Sic etiam

13) Job. 1, 8. cap. 2, 3. cap. 42, 8.

etiam Josephus & Hanna, nec non Zacharias & Elisabetha, qui homines iisdem, quibus nos, affectionibus erant obnoxii, per servationem tamen mandatorum Dei & bonorum exercitationem operum justi evaserunt: erant namque ambo justi in conspectu Dei, incedentes in omnibus mandatis & constitutionibus Domini inculpate 14). Simili ratione Johannes Baptista justitia erat ornatus, de quo scriptum legimus: Herodes enim metuebat Johannem, sciens eum justum ac sanctum esse virum 15), & Simeon, cui hoc Scriptura fert testimonium: & ecce quidam erat Hierosolymis, cui nomen Simeon, eratque homo iste justus ac pius 16). Ita quoque Centurio ille Cornelius, dum adhuc Ethnicus erat, justus fuit vir, & cum Angelo quodam collocutus 17). Huc etiam pertinet admonitio hæc Pauli, Episcopo data Tito: Oportet Episcopum inculpatum esse, justum ac pium 18). David, etsi duo mortalia patraverit peccata, pœnitentiam tamen agens justificatus fuit & omnino justus evasit 19). Sic denique propter immolatam Deo hostiam de primogenitis justus fuit Abel 20). Nec non Thamar, quam Judas hoc dignatus est testimonio: illa me justior est 21).

14) Luc. 1, 6.
15) Marc. 6, 20.
16) Luc. 2, 25.
17) Act. 10, 22.
18) Tit. 1, 7. 8.
19) 2. Sam. 2, 13. Ps. 94, 21.
20) Gen. 4, 4.
21) Gen. 38, 26.

§. 26.

Prolixam hac occasione de Patribus veteris & novi Testamenti mentionem intermittere lubet, quorum singuli, a sua nimirum parte, non aliter ac per obedientiam bonis operibus Dei præstitam mandatis coram Deo justi fuerunt & sancti: Abraham credidit, & filium suum ex jussu ut hostiam Deo offerre voluit, ipsamque hospitio excepit Trinitatem, & ita fides ejus ex operibus in perfectionem perducta est 22). Meretrix

22) Gen. 18. leg. Jac. 2, 21, 22.

trix illa Rachab exploratores, quos emiserat Rex Josua, excepit & occultavit, eamque ob causam internecione est liberata 23), pariter ac Loth, qui, solus omnium Sodomæ habitantium hominum, propter vitam præceptis Dei conformem repertus est justus 24); ut etiam Noach solus fuit in toto terrarum orbe, qui in timore Domini custodivit mandata ejus 25). Silentio jam quoque prætereo Mosem, Samuelem, Josuam, Nunis filium, Eliam, Enochum 26), Apostolos, omnesque reliquos, qui veram habuerunt fidem & adhuc habent, eamque vere bonis coram Deo operibus perfectam præstiterunt & quotidie præstant.

23) Jos. 2. leg. cap. 6, 26. Jac. 2, 25.
24) Gen. 19. leg. 2 Petr. 2, 7.
25) Gen. 6. leg.
26) Gen. 5, 22.

§. 27.

Huic nostræ assertioni suo etiam testimonio album addit Paulus calculum, dicens: In Christo Jesu nihil quicquam valet, sed nova solum creatura 27), quæ mandata Dei facienda intermittere nequit; & iterum: Non est regnum Dei esca & potus, sed justitia & pax & gaudium in Spiritu sancto; & qui in his servit Christo, placet Deo & hominibus est probatus 28).

27) Gal. 6, 15.
28) Rom. 14, 18.

§. 28.

Et hæc quidem est causa, qua omnes commoti vere fideles justitiæ operam navant, & per fidem operosam justi existunt: Opera enim eorum sunt justa, sicut etiam immolatio Abelis, ejusque opera justa fuerunt ac Deo placita 29). Et Abrahamo dixit Dominus: Ego sum Deus omnipotens, indesinenter ambula coram me, & esto integer 30). Noachus, exstructo Jehovæ Altari, holocausta in illo obtulit, & odoratus est

29) Gen. 4, 4. 1. Joh. 3, 7. seq.
30) Gen. 17, 1.

31) Gen. 8. 20. 21. ex illis Dominus odorem ſvavem & pergratum 31). Cornelius precibus ſuis ac eleemoſynis, quas pauperibus diſtribuebat, Deo placuit.

§. 29.

Superſedeo heic ulterius omnes recenſere reliquos, qui in Spe Fidei, per obſervationem præceptorum Domini, voluntati obedierunt divinæ, per opera nempe realiter Spiritualia, ac juſtam Charitatem, qua pro ſua quisque parte erga Deum flagravit; Quapropter tam a parte Dei, vi & virtute ſanguinis Chriſti, quam a parte illorum in conſpectu altiſſimi Numinis juſti exſtiterunt.

§. 30.

Sicut etiam Apoſtolus dicit: Filioli, nemo ſeducat vos, qui juſtitiam exercet, juſtus eſt, ſicut ille juſtus eſt 32). Quapropter ex animo quoque Paulus ſuos admonet Corinthios: Dona affectate potiora, & viam vobis oſtendam adhuc excellentiorem, opus nempe charitatis: Si enim, inquit, linguis hominum loquerer, & Angelorum, charitatem autem non haberem, æs reſonans aut Cymbalum eſſem tinniens: & ſi omnem haberem Fidem, adeo, ut montes de ſuo dimoverem loco, (hinc, quænam ſit efficacia Fidei bonis ſine operibus, ſatis liquet) Charitatem vero non haberem, nihil eſſem: Et ſi omnes, quæ mihi ſuppetunt, opes egenis impenderem alendis, corpusque meum igni traderem comburendum, Charitate autem deſtitutus eſſem, nihil mihi prodeſſet; ſed cur ne? quia Charitas, quæ firma ex Spe, veraque emanat Fide, omnia agit, omnia ſuffert,

32) 1. Joh. 3. 7.

ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet, nunquam vero ceſſat 33). 33) 1. Cor. 11, 31. cap. 13. leg.

§. 31.

Si nos igitur homines, Domino perfectam non præſtemus Charitatem, coram ipſo non juſti neque ſancti ſumus: Nos itaque Deum in obedientia diligere; nec non amore noſtrum complecti proximum, ac divinorum opera mandatorum facere oportet, ſecundum hoc dictum: Si me diligitis, mea ſervate præcepta 34). 34) Joh. 14. 15.

§. 32.

Quapropter ſi præcepta ipſius tenemus, non tantum coram hominibus, ſed etiam in oculis Dei juſtificati ſumus. Ut jam antea exemplum attulimus Zachariæ & Eliſabethæ, qui eapropter in conſpectu Dei juſti nuncupati ſunt, quod in omnibus præceptis & conſtitutionibus incedebant inculpate, mandato huic ſatisfacientes Domini, per Prophetam edito: ſancti eſtote, nam ego ſanctus ſum 35), & per Paulum: Eſtote ſerii Dei imitatores 36). Et qua ratione Dei imitatores fieri poſſumus, niſi per obedientiam & Servationem præceptorum Spiritualibus nempe operibus? Præcepta namque nihil aliud continent, quam praxin bonorum operum; ut ipſe dicit Salvator: Qui habet præcepta mea, & tenet illa, is eſt qui diligit me, qui autem diligit me, diligetur a Patre meo, & ego diligam eum, & ei me ipſum exhibebo conſpiciendum. Et iterum: Si quis diligit ma, ſermonem meum obſervabit, & Pater meus eum diliget & ad eum venientes manſi- 35) Lev. 4, 44. 1 Petr. 1, 16. 36) Eph. 5, 1.

onem in eo faciemus 37). Huc quoque Pauli hæc ſpectant verba: Circumciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſervatio præceptorum Dei 38), quod etiam Johannes hoc ſuo corroborat teſtimonio: Per hoc ſcimus, quod ipſum novimus, ſi præcepta ipſius obſervemus; qui dicit, novi eum, & præcepta ejus non obſervat, mendax eſt, & in eo non eſt veritas; qui autem obſervat ſermonem ejus, in illo charitas Dei vere eſt adimpleta: Ex hoc ſcimus nos in ipſo eſſe: qui dicit ſe in eo habitare, debet, prout ille ambulavit, ita & ipſe ambulare 39).

37) Joh. 14, 21. 23.

38) 1. Cor. 7, 19.

39) 1. Joh. 2, 3. 4. 5. 6.

§. 33.

Quando igitur nos, ſicut Patres, in ſanctitate, & ad normam vitæ Chriſti noſtram inſtituimus vitam, & mandata ejus, in quantum divina adſpirante gratia nobis poſſibile eſt, tenemus & obſervamus, tum eo ipſo a parte noſtra humilem, perfectam & hypocriſi immunem Deo offerimus Charitatem, & per Fidem in Spe omnes mentis noſtræ gaudio afficiuntur cogitationes: intima cordis noſtri penetralia Deo aperimus, noſtrasque preces Spirituali devotionis vinculo cum continua ſanctorum in Eccleſia triumphante oratione conjungimus, & ita omnibus, quæ bona ſunt ac utilia, una quaſi cum ipſis a clementiſſimo Deo & Patre noſtro potimur donis.

§. 34.

Et ita jam, quæ ad ſalutem noſtram quam maxime confert, partem breviter expoſumus.

In Spe enim Fidei credimus in Deum, purificamus & exer-

& exercemus nos ipsos in obedientia præceptorum ejus, & per illam, quæ in Christo est, Charitatem, qui nos suo redemit sanguine, ut in ejus incedamus mandatis, liber nobis ad Deum patet aditus, cordibusque nostris ipsi appropinquare possumus, ut omnia quæ corporibus pariter ac animabus nostris necessaria sunt, impetremus & obtineamus; ut docet præter omnes reliquos Johannes Theologus: Hæc est, scribit, nostra in Deum fiducia: quicquid petierimus, accipiamus ab eo, quoniam præcepta ejus observamus, & omnia, quæ ipsi placent facimus 40), & si scimus eum audire nos, quicquid petierimus, scimus quoque illas, quæ ab eo petimus, habere petitiones 41).

40) 1. Joh. 3, 22.

41) Joh. 15, 7. &c.

§. 35.

Nos itaque, ut mandata Dei, seu opera Spiritualia vereque bona, omni absque exceptione & infirmitatis vel impossibilitatis prætextu observemus & exerceamus, oportet: Hoc enim si intermittimus, clarissimum est indicium nos non velle; tantum vero abest, ut bonorum operum neglectio aliquam probet impossibilitatem, vel quod ea, divino nimirum auxilio peragere nobis impossibile sit, ut potius nostram indigitet tergiversationem ac malignitatem, & quod per angustam intrare portam, crucemque portare Christi nolimus, cum tamen illud ipsum, ut ipsa testatur veritas, haud difficile sit: Jugum enim, inquit, meum facile est & onus meum leve est 42).

42) Matth. 11, 30.

§. 36.

Deus namque nulla edidit præcepta, homini ser-

vatu impossibilia, sed talia nobis præscripsit mandata, ut ea, si volumus, divina nobis opitulante gratia tenere possimus: pariter ac sancti tam veteris quam novi Testamenti Patres, ea ipsa ante nos observarunt, eorumque salutiferam contigerunt metam, quippe qui Teste Jacobo, in maxima, quam perpetiebantur, infirmitate, præstantissimis ac perfectis potiti sunt viribus.

§. 37.

Normam bonorum operum decem nobis sistunt Decalogi præcepta:

1. Ego sum Dominus Deus tuus, non habebis Deos alienos coram me.
2. Non assumes Nomen Domini Dei tui in vanum.
3. Recordare diei Sabbathi, ut sanctifices illum: sex diebus operaberis & omnia tua facies opera; dies vero septimus est Sabbathum Jehovæ Domino tuo.
4. Honora Patrem tuum & Matrem tuam.
5. Non occides.
6. Non mœchaberis.
7. Non furtum facies.
8. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.
9. Non concupisces uxorem proximi tui.
10. Non desiderabis res alienas.

§. 38.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0273
DFG

§. 38.

His decem præceptis addenda sunt bona illa humilitatis opera, novem nempe Beatitudines, quas nobis in Evangelio Christus proponit, dicens:

1. Beati pauperes Spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.
2. Beati, qui lugent, quoniam ipsi solamen recipient.
3. Beati, qui sunt mites, quoniam ipsi terram jure obtinebunt hæreditario.
4. Beati, qui esuriunt & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur.
5. Beati, qui sunt misericordes, quoniam ipsis misericordia tribuetur.
6. Beati, qui sunt mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt.
7. Beati, qui sunt pacifici, quoniam Filii Dei vocabuntur.
8. Beati, quos persequuntur homines justitiæ causa, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.
9. Beati eritis, quum vos contumeliis propter me affecerint & persequuti fuerint & mentientes quidvis mali adversus vos dixerint: gaudete & exultate, quoniam multa est merces vestra in cœlis 43).

43) Matth. 5 leg.

§. 39.

§. 39.

Duodecim præterea ſpirituales ſunt fructus, in quibus proficere debemus:

1. Fides.
2. Dilectio ſive Charitas.
3. Gaudium.
4. Pax.
5. Lenitas ſive Tolerantia.
6. Benignitas ſive Hoſpitalitas.
7. Bonitas.
8. Manſvetudo.
9. Temperantia.
10. Humilitas.
11. Sobrietas.
12. Patientia.

§. 40.

Hos cæterum fructus XIV. illa excipiunt miſericordiæ opera, quæ in duas dividuntur partes, quarum hæc continet Spiritualia, illa vero corporalia.

Spiritualia ſunt ſequentia:

1. Notitia carentes informare.
2. Peccatores admonere, ut malis abſtinentes viis ſe convertant.

3. Pro-

3. Proximo bene consulere in Spiritualibus pariter ac externis honestis & utilitati inservientibus rebus.
4. Lugentium & afflictorum tristitiam admonitionibus ad patientiam ita mitigare & relaxare, ut Deo gratias in suis agant afflictionibus.
5. Hostes suos & adversarios amore complecti, & illis, qui verbis aut factis injuriam nobis intulerunt, libenter condonare.
6. Molestias ac tentationes, quibus alii nos afficiunt, patienter perferre.
7. Deum pro omnibus sine discrimine, præcipue vero pro impiis, ut illuminentur, precibus solicitare.

Opera salutem respicientia corporalem ipse Christus demonstravit:

1. Pauperibus, Orphanis & egenis viduis prospicere.
2. Sitientibus potum dare.
3. Nudos vestire.
4. Peregrinos familiariter excipere idque ad exemplum Christi, qui & eorum lavavit pedes.
5. Carceri inclusis, ut liberentur, opem ferre.
6. Morbo laborantibus auxilio adesse eorumque curam gerere.
7. Mortuos humo mandare.

§. 41.

Hiſce Eccleſia ſequentia adjunxit præcepta:

I. Unum Deum in tribus Perſonis adorare, venerari & confiteri debemus, cujus filium, ut unicum ſalutis animarum noſtrarum agnoſcimus mediatorem, eidemque conſtante Fide, indubitata Spe, ſummaque adhæremus Charitate. Sanctos Dei amore pariter ac honore proſequemur, eorumque imitabimur exempla; illi enim una cum Eccleſia in terris militante pro Eccleſiæ, fratrum & omnium ſalute fidelium unanimiter intercedunt.

II. Nomine Domini fruſtra vel in vanum non utemur: quo ipſo itaque non tantum falſa ſic dicta, ſed etiam omnia cujuscunque generis juramenta nobis ſunt interdicta, & quidem ſecundum hæc Chriſti verba: Eſto ſermo veſter etiam, etiam, non, non 44). Quæ eum in finem facta eſt prohibitio, ut veritatem quivis confeſtim loquatur, ab omni vero mendacio & falſitate ſemper abhorreat; ſumma tamen urgente neceſſitate, utpote cum vis quædam juramentum alicui injungeret externa, illud admittimus, & tum provocatus in templo jusjurandum dabit.

44) Matth. 5, 37.

III. Loco Sabbathi, ſeu die Saturni, quæ typica erat dies, quum præfiguretum jam venerit corpus, diem merito celebrabimus Dominicam, qua quippe die Dominus noſter & Servator reſurrexit 45), eademque ſimiliter ac quibusvis aliis diebus Domini & ſanctorum feſtis ab omni abſtinebimus labore, non vero inſtar Ethnicorum in voluptates nos immergentes

45) Devt. 5, 14. Marc. 16, 9. Gregor. Nazian. Orat. 43, fol. 70.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0277
DFG

gentes luxuriam exercebimus, quin potius Lectioni sacrarum literarum, precibus in timore Dei peragendis, ac studio vitæ sancte degendæ, nec non Spiritualium exercitio virtutum dierum istorum impendemus tempus.

IV. Unumquemque Christianorum quotidie sacræ interesse oportet Missæ; siquidem autem Deus per totam laborare septimanam nobis mandavit, septima utique die, omni cessantes opere, in Deo quiescere debemus, per omnes enim, ut dictum est, reliquos hebdomadis dies laborare, nostrisque temporalibus vacare possumus negotiis; ita tamen ut ad minimum ter unaquaque septimana templum adeamus; præsertim vero die Dominica, festisque diebus & ubi passio Salvatoris nostri prælegitur, nec non sacra administratur cœna, ulla sine tergiversatione templum frequentare, ibique similiter ac omni loco & tempore de sancti inhabitantis Spiritus illuminatione indefessis Deum precibus solicitare debemus. Ut illud ipsum nobis ipse Dominus noster injunxit observandum, quando dicit: Tu vero quum precaris, tuum introito conclave, & clauso ostio Patrem tuum precare, qui est in occulto 46).

46) Matth. 6, 6.

V. Omnibus tam viris quam fœminis, juvenibus ac pueris, omnia ab una Confessione ad alteram patrata ex debito & rite suo aperire Confessionario, incumbit, ut, an digni sint qui corporis & sanguinis Christi fiant participes, innotescat, & si indigni deprehenduntur, ad conversionem veritatisque agnitionem redigantur ac pœnitentiam agant; digni autem, qui totos se Deo quotidie tradunt, toties sacram adeant cœnam, quoties, inhabitantes eosque illuminantis

Spiritus impulsu moti, illud ipsum desiderant; Qui vero mundanis dediti sunt negotiis, ter ad minimum unoquoque anno sacram obire debent communionem, in gravioribus nisi & carnalibus impliciti peccatis tenentur; in illo autem statu deprehensi duos tres vel plures retineantur annos, donec peccata abhorreant, ac vera ad Deum pœnitentia se convertant. Tales præcipue sunt: homicidæ, Mœchi, Scortatores, injusti fures & Latrones, omnesque alii, qui nullum dant veræ pietatis signum. Ut itaque admonet Paulus: vos ipsos inquit tentate, an sitis in fide, vos ipsos explorate 47); homo autem exploret se ipsum, & ita de pane illo edat, & de poculo illo bibat 48).

47) 2. Cor. 13, 5.
48) 1. Cor. 11, 28.

VI. Instituta Jejunia stricte celebrare tenemur, & ad exempla, quæ ex veteri Testamento nobis obvia sunt, ab omni duriore abstinere cibo; præsertim vero ob oculos habere debemus quadragesimam vel jejunium quadraginta dierum, aliaque similia, quæ ante & post tempus Apostolorum ad imitationem Domini & Prophetarum ordinata legimus. Si enim Moses, cum scriptas ab ipso Deo Legis Tabulas acciperet, jejunavit, quanto magis illos, qui corpus Servatoris nostri excipere cupiunt, jejunando se purificare oportet. Imo, ipse Christus proprio suo nobis exemplo commendavit jejunium, ut, quoniam ille secundum humanam naturam jejunavit, nos quoque, naturam habentes humanam, jejunia observare debeamus. Inter quos dies jejunitati sacratos, dies quoque Mercurii & Veneris, utpote propter proditionem ac passionem, quam in illis perpessus est Servator noster, maxime memorabiles, numerant nostrates.

VII. Regi,

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0279
DFG

VII. Regi, ſecundum conſvetudinem in unaquaque Parœcia vel Eccleſia receptam, tributum eſt ſolvendum: Quia hoc ipſum Dominus quoque hiſce mandavit verbis: Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ Dei ſunt, Deo 49); & ita etiam in veteri Teſtamento annuas dederunt decumas.

49) Marc. 12, 17.

VIII. Experientia carentes rejectos non legent libros; ſed ſacræ tantum Scripturæ, librisque eccleſiaſticis inhærebunt. Ineruditis, & ſenſus non habentibus in verbo veritatis exercitatos, ſcripturam exponere & docere non conceſſum eſt. Multis & variis abſtinere opinionibus, ac Chriſtum ſancta imitari vita unumquemque oportet.

IX. Diebus feſtis nuptias celebrare interdictum eſt. Per preces & pœnitentiam carnalibus adverſabimur concupiſcentiis, & ſeptem illa mortalia Spiritui reluctantia ſupprimemus peccata: Chriſti portare crucem non tergiverſabimur: Diſciplinæ eccleſiaſticæ in omni timore & tranquillitate morem geremus, ab exteris vero auxilium non implorabimus.

Contentum autem & ſumma horum præceptorum eſt: Fuge malum, & perſequere bonum, ut hoc ipſum ſacra etiam teſtatur pagina.

§. 42.

Peccata ſeptem mortalia & remedia illis oppoſita hæc ſunt:

1. Avaritia.	Miſericordia.
2. Carnalis concupiſcentia.	Caſtitas.
3. Super-	

3. Superbia.	Humilitas.
4. Odium & invidia.	Charitas.
5. Luxuria & helluatio.	Jejunium & abstinentia.
6. Ira.	Mansvetudo.
7. Pignities & ignavia.	Oratio & vigilantia.

Peccata in Spiritum sanctum:

1. Si quis bonis sine operibus & spreto Christo merito salutem attingere somniat.
2. Si de gratia Dei dubitat & malis non vult abstinere operibus.
3. Si agnitæ repugnat veritati.
4. Si proximo bona a Deo concessa invidet.
5. Si ex proposito & malitia peccata committit.
6. Si quis absque pœnitentia diem obire supremum sibi proposuit.

Peccata, quæ justitiam Dei vindicativam promerentur, sunt IV. sequentia:

1. Si quis paupertate laborantes malo afficit & persecutione.
2. Si aliquis violentas sibi ipsi infert manus.
3. Si, interiore hominis conscientia ad cœlestia adspirante, carnales tamen concupiscentiæ sunt reluctantes bonumque supprimunt propositum.
4. Si mercedem quis servis & operariis retinet, & res alienas possessoribus restituere negat.

CAP.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0281
DFG

CAP. II.
De Libero Arbitrio.

§. 1.

Liberum arbitrium est virtus perfecta & in omnibus plenaria, liberrimæ & absolutæ voluntatis, gaudens potestate, oriens modo operativo, ex intellectuali ac essentiali virtute mentis; immediate, efficacissime ac naturaliter in se & sua natura habens propriam efficaciæ proprietatem, homini cum Deus, rationalem eum formans mentem illi inderet rationalem, donatam; ut per liberrimam hanc ac efficacem virtutem mentis rationalis ac dijudicantis, eo facilius & ullo sine impedimento, inter bonum & malum sibi proposita, Duce ratione voluntarie & efficaciter discernens, se determinet ad quodnam ex duobus placeat, manumque extendat ad hoc vel illud amplectendum. Hujus definitionis testem habemus ipsam sacram Scripturam, ubi in Syrachi sapientia legimus sequentia: Deus a principio quam fecit hominem, permisit ipsum consilio ipsius, dicens: si voles, custodies mandata & fidem, faciendo quod placet. Adposuit ipsi ignem & aquam, ad utrum volueris extende manum tuam, coram hominibus est vita & mors: & utrumcunque placuit dabitur ipsi 1), & alibi: Deus creavit e terra hominem ipsisque

1) Syr. 15, 14. seq

ipsisque dedit potestatem & condonavit facultatem, secundum imaginem suam fecit ipsos, consilium & linguam, oculosque, aures & cor dedit ad cogitandum illis; scientia intelligente implevit eos, bonaque & mala demonstravit eis 2).

2) Syr. 17, 1. &c.

§. 2.

Ante lapsum igitur humana natura, quoad duce sana ratione ceu præcipua virtute animæ, regnum impetuosorum desideriorum ac irrationalium adfectuum potenter teneret, quod ab infusa ista superne essentia creatæ animæ, & sanæ rationis ex rationali mente suam ducebat originem, per brevissimum istud temporis spatium, liberæ ejus ac absolutæ potestatis & regiminis in adfectus impetuosos, in statu omnimodæ perfectionis, innocentiæ, sanctitatis ac immortalitatis deprehendebatur, omnisque peccati erat immunis, uti & a Deo immortalis nec corruptioni obnoxia est creata; Unde & Deus neque mortem neque inferni regnum constituit. a)

a) Sap. 1, 13. 14. cap. 2, 23.

§. 3.

Cum vero Diaboli fraus ac invidia, cujus per lapsum jam antea partes & elementa terrestria & aerea secundum quid erant fœdata, ideoque eo expeditiorem in rebus externis jam se paraverat aditum, per irrationales cupiditates vitæ corporalis, efficaciter operando adpropinquaret intimaque liberi arbitrii animæ, sub specie serpentis venefici, semine lethifero ambitionis tangeret & quasi imprægnaret, statim illud semen, seu verba: Nequaquam morte morituri estis, sed potius

Deo

Deo similes vel potestate pares estis facturi; quasi tumefieri incipiebat, cupiditatesque naturales desiderii vitæ irrationalis ac corporalis excitare, allicereque ad idem id in quod ipse Diabolus, æstuante fame nimii desiderii, permotus, prolapsus erat (cujus lapsu ut jam dixi elementa jam quasi odore quodam impuro, vel potius fœtore pestifero, infecta erant) inde autem magis magisve se diffundere, imo & se extendere usque & in regnum liberrimum & absolutum mentis animæ rationalis, & indidem conceptum, ipsi quoque cordi se insinuare; & sic oppugnando quasi ac resistendo liberrimum & absolutum regnum animæ rationalis suam sub potestatem redegit, cupedinemve fastus & ambitionis venenosæ, cujus effectum quem sibi nempe propositum habuerat ipse tamen non obtinuerat, in innocens & sanctum illud cor, modo inimico ac fraudulento instillavit ac inseruit, dicens: haud moriemini, scit enim Deus, quod quacunque die comederitis, aperturos se oculos vestros, & vos fore sicut Deos, scientes boni & mali, & tum esuriens ac ambitiosa hæc cupiditas in corde hominis, a fructu vetitæ arboris in Paradiso plantatæ comedentis, peperit peccatum, hoc vero consummatum progenuit mortem perniciosam primam illam in homine 1). Unde & Johannes Theologus dicit: Quicquid est in mundo, cupiditas carnis & libido oculorum, & fastus vitæ, non est ex Patre, sed ex mundo 2); Quare etiam homo, sicuti a terra erat desumta, impetuosis adfectibus terrena amplectendo, se iterum in terram commutavit, ut etiam ipse Deus illi dixit: pulvis es & in pulverem reverteris 3).

1) Jac. 1, 15. 1. Joh. 3, 14.

2) 1. Joh, 2, 16.

3) Gen. 3, 19.

§. 4

Quamvis autem liberrimum animæ regnum, sub imperium corporalium adfectuum se redactum sentit, ita, ut amplius ex eorum potestate sese emergere non voluerit, homine corrupto, & a prima sui status conditione, delapso, & ab isto tempore arbitrio carnali magis quam animali regnante; anima tamen arbitrium suum non amisit; illud enim si amiserit, amisisset-que quoque rectorem mentis, rationem nempe sanam, ut non amplius dijudicare & eligere potuisset bonum & malum: tum vero neque differentia exstitisset inter illum & animalia bruta, secundum dictum illud propheticum: similis factus est animalibus mente carentibus a), si ita simpliciter hoc dictum secundum verba intelligamus; Verum aliter quid Propheta hoc dicto indigitare voluit, hominem scil. non ratione discernentis animæ aut libere eligentis, sed irrationalis desiderii ac cupiditatis carnalium adfectuum in brutorum similitudinem perveniisse, aliter enim si esset, & similitudinem imaginis divinæ perdidisset homo.

a) Ps. 49. 13. 21.

§. 5.

Ex sacris præterea literis docemur, Deum cum primum hominem Adamum ex duabus creatis substantialibus naturis, materiali scil. & immateriali, terrena & cœlesti, corruptibili & non corruptibili, rationali & irrationali, crearet, primum ex massa quadam composita, inanimata, insensibili & irrationali, humanum formasse corpus; quæ massa constitit ex quatuor istis primariis sibique invicem contrariis elementis, sicco nempe,

pe, calido, humido & frigido; quorum qualitates, & præcipuæ partium proprietates, in unam conjunctæ maſſam, invicem inter ſe pugnant; quam vero pugnam omniſcius prævidens, uno eodemque temporis momento, vel exiguum poſt temporis intervallum, partes hujus maſſæ, primum vita quadam irrationali, qualis eſt brutorum, quamque quibusdam animæ nomine inſignire placet, animare noluit, ne anima, maſſam illam, refragante illo ordine qualitatum & proprietatum partium ante inhabitationem ſuam inter ſe bellicantium, reperiens, impotens eſſet, in tali ardente fervore repugnantiæ flammam extinguere, & adfectus excitatos placare ac conciliare, & ſic impediretur, quo minus ut triumphans ac victrix heroina illos ſuæ ſubjicere poteſtati, ſibique plenarie ſubmittere, inque liberrima potentia regnum parvi ac corporalis mundi gubernare poſſit. Hoc enim ſi factum fuiſſet, excuſare ac prætexere poſt anima potuiſſet: quod ſi ſtatim ab initio, antequam partes elementares, tumeſcentes adfectibus, ſibi invicem contrariari & oppugnare cœpiſſent, in mundum illum parvulum immiſſa eſſem, potenter ac liberrime certantes illas & repugnantes voluiſſem ſubigere, vincere ac imperii jugo ſubdere, & quidem duce propria voluntate & regimine ſanæ rationis, hunc expellendo, illum ſupprimendo, alterum mitigando, alterum avertendo, ne impetuoſis ac irrationalibus naturalibus paſſionibus indulgeat, ſed eas potius rumpat ac ſiſtat.

§. 6.

Formata igitur cum ſuis organis maſſa corporis humani; non animavit partes ejus anima quadam

irrationali, quippe quæ, ut anima vitalis irrationalis, secundum jussum divinum una cum partibus irrationalibus terrenis orta esset, ita & corruptioni & elementis corruptis originem debuisset; Sed potius, ipsa præstantissimum opus sanctissimarum manuum suarum eam extollente, præstantiori, majori, liberiori, puriori & sanctiori quadam essentia creata rationali, rationis participe, immortali, incorruptibili, notitia & divina sapientia plena, & ut brevi dicam, perfectissima arbitrii libertate, donata, animare placuit.

§. 7.

Unde hæc ut prima origo & causa animationis, massæ partium compositarum, vitalisque motus corporalis, propter arcanam mutuamve amborum harmoniam, sine qua vitalis in irrationali corpore cessat motus, percipiens sentiensque, qualitates massæ elementaris inter se dimicantes, præstantiamque ac potentiam suam attingentes, ut cœlestis liberrimo arbitrio fruens gubernatrix, adversus refragantes adfectus & passiones, duce sanæ rationis strenue bellum capessit, ac terrestres hostes prosternit, captivando & in potestatem proprii ac liberi arbitrii redigendo vincit, victos vero, labore & diligentia indefessa, jejuniis & abstinentia a nimio potu, vigilatione ac oratione, in innocentia ac puritate, in tranquillitate, pace ac charitate, in submissione & temperantia, in abstinentia & abnegatione naturalium cupiditatum, tenet ac conservat & ut brevibns me expediau, in omnibus ut gubernatrix se gerit.

§. 8.

§. 8.

Ergo Deus corporis maſſam ſuis cum organis conficiens, cœleſte ei inſpiravit ſpiraculum vitæ, ſeu quod idem eſt, indidit ei vivam eſſentiam cœleſtis animæ, & eo quoque temporis momento, quo hoc factum, animatæ & vivificatæ ſunt partes maſſæ irrationalis; & & ſic factus eſt homo animal rationale, voluntate, ſenſione, cogitandi facultate ac deſiderio præditum, quod creſcendo augetur ac nutritur, ac in viva anima intellectualis, ſe movens, atque ſapiens eſt teſtante hæc omnia ſcriptura: Finxit Deus hominem de pulvere terræ, ſufflavitque naribus ipſius halitum vitæ: ſic factus eſt homo anima vivens 1), & Zacharia: Dominus extendit cœlos, fundat terram, formatque ſpiritum hominis in eo 2).

1) Gen. 2, 7. Eſ. 45, 18.
2) Zach. 12, 1.

§. 9.

Eodem quoque temporis in momento vitales qualitates maſſæ corporis humani, ebulire ac exundare inceperunt: & liberæ voluntatis in anima conſtitutæ imperio ſe ſubducere, armaque contra eam hoſtiliter ſumere.

§. 10.

Loco vero, quod anima, vehementem illam ac impetuoſam animalium adfectuum vim, infringere, & tanquam prudens ac providus gubernator per rectæ rationis gubernaculum, in tali periculoſa tempeſtate corporis naviculum recte ac caute dirigere, nec concedere, ut fluctuum jactationes navigium ſubmergant,

nec apoſtatis ac rebellantibus adfectibus locum dare, ſed illos potius expellere, debuiſſet; illa per adfectuum vehementiam tracta, ſeducebatur effreni deſiderio irrationalium cupiditatum, cum audiret illud; quo die comederitis ex eo, aperturos ſe oculos veſtros & vos fore ſicut Deos ſcientes boni & mali. Hæc vix ſerpens ille ſeductor erat elocutus, cum iam illud ambitionis venenum animæ ſe inſinuaret: jam ergo videbatur mulieri bonum eſſe fructum arboris in cibum illius; & gratiſſimam illam eſſe oculis, ac deſiderabilem eſſe arboris fructum ad habendum intelligentiam, unde accepit, ſcil. concupivit de fructu ejus & comedit: etiamque dedit comedendum viro ſuo ſecum, qui comedit: Tunc vero aperuerunt ſeſe oculi amborum, noveruntque ſe nudos eſſe 1). Quare & Apoſtolus: Adamus prior formatus eſt, deinde Eva. Et Adamus non fuit ſeductus: ſed mulier ſeducta, cauſa transgreſſionis fuit 2).

1) Gen. 3, 5. & ult.

2) 1. Tim. 2, 13. 14. 2. Cor. 11, 3.

§. 11.

Cum igitur gubernandi naviculi poteſtatem ſervus ſibi vendicaret, & gubernaculum gubernationis humanarum actionum manibus adriperet, non aliter fieri potuit, quin dominii inſvetus ac gubernandi rudis, agricolam præterea non vero nautam ſe gerens, naviculum rejiceret in terram; atque ita anima ut legitimus gubernator oppreſſa ſuaque gubernandi poteſtate depulſa, quaſi capta in debilitate maximaque perturbatione detinebatur, omnique priſtina dominandi ſua gloria vivebat privata, ob imbecillitatem ſibi quoque contractam magis magisve immoderatis ſe deſideriis ſubmittebat, ipſis ac eorum multivagis evagationibus

nibus consentiendo; & quamvis infortunio ac malis suis privationique pristini sui honoris ac dignitatis, sat acerbe ingemisceret, uti notum est ex sacra Scriptura; tamen propriis suis viribus absque Medico quodam in pristinum statum semet ipsum reducere non valuit, nec se in gubernationis ac dominationis dignitatem, supra naviculum corporis, iterum constituere. Nam cum ad tempus victa, immoderatis illis ac confusis adfectibus quasi suffocata, supra terram versabatur, suas vires contra adfectuum vehementiam exercere non potuit; ideoque nec amplius ab apostatis ac rebellibus voluntatis desideriis ipsi magnus honor habebatur; multo minus vero poterat coram supremo suo Rege ac Domino, sine pudore sese offerre ac sistere, antequam pristinam in suam sanitatem esset restituta, vel amissum supra adfectus dominium iterum obtinuisset, ac Medicus ipsius restaurationem intercessione sua ipsi acquisivisset.

§. 12.

Quamvis igitur homo per istam inobedientiam, in deplorandum sane statum se ipsum præcipitavit; tamen facultas ac liberi arbitrii proprietas, in essentia sua non penitus fuit læsa, ac plane extincta, ita, ut omnino sanam ac rectam intelligentiæ rationem perdidisset, & sic, quod adfectibus in omnibus adsentiret, amplius intra bonum ac malum eligendi, potestate esset destituta.

§. 13.

Si enim ita penitus fuisset debilitata, ac plane a facultate arbitrii rectæ rationis deturbata, omnino insensibi-

sensibilis fuisset facta, & ut jam ante diximus, ut animal brutum, nec imaginem Dei retinuisset.

§. 14.

Corpus enim instrumentum est, quo utitur anima; anima vero est causa ac principium vitæ corporis. Unde propter liberam rationem intelligentiæ Mentis animæ homo Dei imago est. Imago autem nihil aliud est, quam liberum rationis humanæ arbitrium.

§. 15.

Et licet, ut alias imbecillis homo anima argumentando semet ipsum fefellerit, tamen rectæ rationis facultas non penitus inde ita depravata evasit, ut ante venientem Medicum nostræ salutis iterum restauratorem, inter bonum & malum discernendo eligere plane inidonea fuisset. Hoc enim si ita accidisset, tanquam ratione & liberæ voluntatis privata, Medicum suum accipere minime potuisset, sed potius se ab illo avertisset, quod tamen non factum.

§. 16.

Quum igitur adveniret magnanimus ille & misericordiæ abundans Medicus, Dominus noster Jesus Christus, qui, suamet ipsa voluntate gratiose semetipsum animæ communicans, eam restauravit, & spirituale illud naviculum restituit ac redintegravit hocque quidem per pretiosissimum suum sanguinem in quo primus, repugnantes hostes & apostatas potenter subegit,

& per

& per fluctus Pelagi impetuoſorum adfectuum hujus vitæ navigans, navigationis & ſpiritualis agriculturæ regulas præſcribens, quæque ad ea neceſſaria docens, per adſiſtentem ſuam potentiam, animam reddidit conſtantem ac fidum, ſuoque ſub auxilio triumphantem collocavit, & rurſus in priſtinum honorem reſtitutam, potentiorem gubernatorem conſtituit.

§. 17.

Et ſic internus homo, in priſtinum ſtatum iterum collocatus, & cum ad ſe redierit, rurſum libere libero ſuo poteſt uti arbitrio.

§. 18.

Homo enim per lapſum, concreatam ſanctitatem & innocentiam non vero eſſentialem facultatem liberi arbitrii, voluntatis, in qua nimirum imago Dei conſiſtit, amiſit, neque inde plane inidoneus factus eſt, quo minus inter bonnm ac malum eligeret, unumque ex illis amplecteretnr: hanc enim facultatem quæ eſt Dei imago ſi amiſiſſet, ſequeretur, nullum hominem, ante incarnationem Chriſti, bonum aut malum accedente ratione diſcernere potuiſſe, nec quidquam libere eligere aut amplecti; neque ſanctos Patres, Prophetas aliosque Dei voluntatem agnoſcere atque ſecundum eam ambulare valuiſſe.

§. 19.

Hæc enim facultas liberæ voluntatis mentis animæ eſt particeps divinæ imaginis, quæ Spiritibus

ratione pollentibus est donata; & per generalem Creatoris adsistentiam ab æterno in sua essentia est corroborata, illa manet in se, ut semper est, & operatur æque in rationalibus ac cæteris rebus, libere ullaque sine violentia. Deus enim secundum effatum Prophetæ, radiis Solis omnes illucet, ac cœlitus pluviam mittit æque supra justos ac injustos; quare unusquisque si in eligendis bonis malisque ut spurio ac impuro semine aversandis, negligentem se præbet, sui ipsius detrimenti causa est. Et quia Patres libere bonum eligebant, mala respuentes, Deus quoque illis auxiliatrices suas manus gratiæ insuper plenas, porrigebat.

§. 20.

Anima quoque cœlitus descendens, non insitam habuit malitiam, sicut bonitatem, ut cum recta ratione liberi arbitrii ei resistere nequivisset. Nam si insita ei malitia fuisset, cœlitus eam secum portasse, sequeretur. Jam vero malitia a Deo non est genita, neque suam habet originem ab eo, quod credendum longe a nobis absit, quare & etiam cum omnium creaturarum formatio perfectissima existeret, earum in essentia insitam esse nequivit. Deus enim creavit omnia bona, secundum cujuslibet essentiam, & non solum bona, sed & valde bona 1); merito itaque existimandum, ut jam dictum, terrenas atque æreas particulas, Luciferi lapsu, indeque exorto fœtore fuisse infectas, & exinde impuræ cupiditatis semen cogitationibus cordis Evæ communicatum, in eaque ad maturitatem perductum, cum quo omnis homo, quippe ab Adamo descendens, generatur; quod Davidis testimonio sat valide corroboratur, dicentis: En in iniquitate formatus sum, & in peccato

1) Gen. 1, 31.

cato fovit me mater mea 2), quare & unusquisque quoque nil, nisi mala in corde suo cogitat, ut Dominus ipse inquit: Quumque odoratus esset Jehova odorem illum gratum, dixit cum animo suo: non iterum maledicturus sum amplius terræ propter hominem, eo quod figmentum cordis hominis sit malum a pueritia ipsius: iterumque non percutiam amplius omnia viventia, quemadmodum feci, & alibi: Quum itaque videret Jehova, augescere malitiam hominis in terra; & omne figmentum ac cogitationes cordis ejus, tantummodo malum esse, omni tempore 3).

2) Ps. 51, 7.

3) Gen. 8, 21. cap. 6, 5.

§. 21.

Quoniam igitur malum, neque in rerum essentia, neque in anima, sicut bonum a natura insitum est, sed potius semen seminatum, impurus fœtus, figmentum & exuberans in corde hominis redundantia est, sicut Dominus Pharisæis dicebat: Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, quum sitis mali? nam ex redundantia cordis os loquitur 1). Quæ autem proficiscuntur ex ore, ex ipso corde egrediuntur, & illa polluunt hominem. Nam ex corde egrediuntur cogitationes malæ, cædes, adulteria, scortationes, furta, falsa testimonia, maledicta 2); ita e contrario in libera voluntate rationalis animæ hominis posita est, eligendi boni ejusque amplectendi (quod bonum etiam essentiæ animæ insitum est, & quod cœlitus secum tulit, minime vero est fœtus, aut semen seminatum, figmentum & redundantia cordis) ab eoque recedendi facultas; ad quam exercendam David hortans inquit: Recede a malo & fac bonum; require pacem, & sectare eam 3); Ne declinato dextrorsum aut sinistrorsum,

1) Matth. 12, 34.

2) Matth. 15, 18. 19.

3) Ps. 34, 15.

4) Psov. 4, 27. amove pedem tuum a malo 4); Bonus homo e bono thesauro cordis profert bona: & malus homo ex malo
5) Matth. 12, 35. thesauro profert mala 5), unde de primo David dicit:
6) Ps. 45, 1. Ebullit animus meus verbum bonum 6), & alibi, os meum adnuntiabit sapientiam, & cogitatio cordis mei intelligentiam. De altero inquit Proverbiastes: Omnimoda perversitas animo suo insidet, fabricatur omne
7) Prov. 6, 14. malum omni tempore, contentiones immittit 7); Animus qui fabricatur cogitationes iniquas, pedes habet
8) Prov. 12, 12. festinanter currentes ad malum 8), & quid plura: Ut in aquis facies faciei obversatur, ita animus hominis
9) Prov. 27, 19. unius alteri 9).

§. 22.

Eligente ergo homine bonum vi rectæ rationis, quæ ut Dei imago ab æterno existit, divinamque in se habens adsistentiam, ac incipiente corporalem suam terram proscindere, malasque cogitationes exstirpare, atque cœlestes & spirituales cogitationes seminare, bonum & justum illum thesaurum, quem cœlitus secum tulit, iterum amplectitur, atque cor suum legi aperit spirituali, in qua sunt thesauri salutis nostræ, quaque cum lege adornata descendit in terrenum corpus. Thesauri autem istius legis, sunt sapientia, scientia intelli-
1) Es. 33, 6. Syr. 17, leg. gentia ac timor Domini, ut Prophetæ docuerunt 1), & tunc Divinæ sapientiæ sol splendescit, per illuminationem Spiritus sancti, admature reddendas ad finemque perducendas bonas hominis cogitationes; unde quoque quisque sicut seminat ita & metet, teste Paulo Galatis ita scribente: Quicquid seminaverit homo, hoc & metet: Nam qui seminat carni suæ, ex carne metet interitum: qui vero seminat spiritui, ex spiritu metet vi-

tam

tam æternam 2). Pariter Propheta: Seminate vobis ad juſtitiam, metite ad benignitatem, novellate vobis novale: nam tempus eſt quærendi Dominum, donec veniat, & perfundet vos pluvia juſtitiæ 3).

2) 2. Cor. 9, 6. Gal. 6, 7. 8. 1. Cor. 15. leg.

3) Hoſ. 10, 12.

§. 23.

Deus liberam ac abſolutam hominis voluntatem, integram conſervare volens, eumque ut voluntarie ad ſuam gratiam vocantem primum accedat, per Prophetam dixit: Revertimini ad me, & revertar ad vos 1): Lavate vos, purificate vos, amovete malignitatem actionum veſtrarum ex adverſo oculorum meorum: deſinite male facere, diſcite bona facere: ſi acquieſcetis ut audiatis, bono hujus terræ fruemini. Sin autem renuatis atque rebelletis, gladio conſumemini, nam os Jehovæ locutum eſt 2). Ipſe Dominus dicit: Jeruſalem, Jeruſalem, trucidatrix Prophetarum, & lapidatrix eorum, qui ad te miſſi ſunt; quoties volui congregare liberos tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas; & noluiſtis 3)? Quare vero noluerunt? quia ararunt improbitatem voluntarie & abhorrebant bonum, dilexerunt malitiam magis, quem bonitatem, mendacium quam loqui juſtitiam, dilexerunt inquit, omnes perniciem, linguam falſam & noluerunt quærere bonum ut viverent 4), qui vero amat injuſtitiam, odit ſuam animam 5).

1) Zach. 1, 3. Matt. 3, 7.

2) Eſ. 1, 16. 19. 20.

3) Matth. 23, 37.

4) Hoſ 10, 13. Pſ. 52, 4. 5. Amos 5, 4.

5) Pſ. 11, 5. ſec. græc.

§. 24.

Formavit vero Deus hominem ab initio, & permiſit ipſum conſilio ipſius, dicens, ſi voles, cuſtodies, mandata & fidem, faciendo quod placet. Adpoſuit ti-

bi ignem & aquam vitam & mortem ad utrum volueris extende manum tuam, (vi nempe rectæ rationis liberi arbitrii) & utrumcunque placuit, dabitur ipsi 1); & Moyses inquit: vide, propono tibi hodie vitam & bonum; item mortem ac malum; qui præcipio tibi hodie, ut diligas Jehovam Deum tuum ambulando in viis ejus, & observando præcepta ejus, statutaque ejus & judicia ejus, ut vivas & augearis; Quod si autem avertente se animo tuo non auscultabis, denuncio vobis hodie, vos omnino perituros. Conteſtor hodie contra vos cœlum & terram me vitam, ac mortem tibi propoſuiſſe, benedictionem ac maledictionem: quare vitam electurus es, ut vivas tu cum semine tuo 2), & Dominus ipse. Ecce, ego propono vobis viam vitæ, & viam mortis 3). Indidit quoque Deus nobis imaginem suam, & dedit nobis liberam voluntatis facultatem, ad eligendum vel vitam seu mortem; linguam, ad enunciandam veritatem; oculos ad videndum viam cœlum tendentem, undeque venimus, & ambulandum in sua lege; aures ad audiendum divina mandata; cor ad intelligendum bonum & quæ placent suæ voluntati. Scientia ac prudentia implevit nos, bona & mala monstravit nobis, ut bona amplectemur, mala vero abhorreamus; posuit oculum suum in cor nostrum, ut demonstret nobis magnificentiam operum suorum, imposuit nobis oculum imaginis liberi arbitrii, ut tanquam participes suæ imaginis, per hanc valeamus, libere eligere bonum & malum, vitam & mortem, aquam & ignem, & per rectam hanc rationem, quocunque volumus extendere manus nostras queamus 4).

1) Syr. 15, 14, &c.

2) Devt. 30, 15. & ult.

3) Jer 21, 8.

4) Syr. 17. leg.

§. 25.

§. 25.

Unde patet noſtri eſſe officii, ex utrisque unum eligere, aut cœleſtem vitam, aut æternam mortem, & actiones noſtras dirigere eo, ut rectam obtineamus vitam, nobis quoque incumbit, proſcindere terrenum noſtrum corpus, omnesque pravas cogitationes exſtirpare ac evellere cordis noſtri malitiam, ne amplius in vanitate mentis noſtræ, tanquam obvelati malis cogitationibus, ambulemus 1): incipiendum nobis eſt renovare ſpiritum mentis noſtræ, atque mortificare membra noſtra, & cogitare, & curare ſuperna, non terreſtria 2), ut Petrus adhortatur: Proinde depoſita omni malitia & omni dolo & ſimulationibus & invidentiis, & omnibus obtrectationibus; ut modo geniti infantes, lac illud non corporis ſed animi ſcil. rationalis, quod dolum neſcit, expetite, ut per illud augeſcatis 3); convertere nos pœnitentiamque agere ſeriam nos oportet, ut deleantur peccata noſtra 4); Nam non prius noſtra nobis remittit peccata, quam nos ad eum revertimus, a malignitate noſtræ vitæ deſiſtimus, malas ac depravatas mentis noſtræ cogitationes omittimus, & e contrario vias noſtras efficimus bonas, actionesque noſtras juſtas; ut per Prophetam nos admonet ipſe Dominus dicens: Revertimini jam quisque a via ſua peſſima, & bonas efficite vias veſtras, actionesque veſtras 5). Eſaias clariſſime loquitur hac de re, nobis nempe incumbere primis convertendi ad Dominum officium, ſcil. ad gratiam nos vocantem, & tum Dominum quoque nobis eſſe proximaturum: inquit enim: Requirite Dominum, cum præſto eſt, invocate eum cum propinquus eſt, derelinquat improbus viam ſuam & vir iniquus cogitationes ſuas: revertaturque ad Domi-

1) Eph. 4, 17. 18.

2) Col. 3, 2. 5.

3) 1. Petr. 2, 1. 2.

4) Act. 3, 19.

5) Jer. 18, 11. cap. 25, 5.

Dominum, ut misereatur ipsius 6). Jacobus scribit: Adpropinquate Deo, & adpropinquabit vobis: purificate manus vos peccatores: & expiate corda duplices animo 7), & de Johanne Baptista: Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, complanate semitas ejus 8).

6) Es. 55, 6. 7.

7) Jac. 4, 8.

8) Marc. 1, 31.

§. 26.

Ex his itaque clarissime adparet, Deum a nostri cordis voluntate postulare, ut primi nos ad illum convertamus. Spiritus sanctus enim per Prophetam dicit: Cedo fili mi, animum tuum mihi; & oculi tui vias meas studiose custodiant 1). Quisnam est qui spondeat cum suo animo, se adpropinquaturum ad me? interrogat Dominus, & inquit: qui ad me venire cupit, (non vi, neque absque liberi arbitrii voluntate) abneget semet ipsum, & tollat crucem suam singulis diebus & ita me sequatur 2): Ecclesiam quoque typice seu mystice, ad se suapte sponte se convertat, adhortatus, dicit: Statue tibi hermas, dispone tibi pyramidas, adhibe animum tuum ad istum aggerem, qua via ivisti: revertere, virgo Israelis, revertere ad civitates tuas istas 3), & per Prophetam Davidem: Si non convertatur improbus, gladium suum acuet; arcum suum adduxit, & sagittam aptavit ei 4).

1) Prov. 23, 26.

2) Luc. 9, 23.

3) Jer. 31, 21.

4) Ps. 7, 12.

§. 27.

Deus enim quidem cunctos homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire ardentissime cupit 1); sed postulat etiam a nobis ut nos ad ipsum convertamus, deponendo omnem malitiam, iram, indignationem,

1) 1. Tim. 2, 4.

nem, maledicentiam, turpiloquentiam & verborum obscœnitatem ab ore nostro, nec mentiendo alius adversus alium, exuendo veterem hominem cum factis ipsius, (quæ facta primi hominis cordi, a semine verbi Luciferi sunt ingesta) & induendo novum illum, internum scil. spiritualem, rationalem, qui renovatur in agnitionem congruentem imagini ejus, qui ipsum condidit 2). Quapropter per Ezechielem inquit: Quemque secundum vias suas judicabo vos, o Domus Israelis: revertimini, & avertite vos ab omnibus defectionibus vestris, ut non sit vobis offendiculo iniquitas. Abjicite a vobis omnes defectiones vestras quibus defeciſtis, & facite vobis cor novum & Spiritum novum: nam quare moreremini, o Domus Israelis? Non enim delector morte morientis, dicit Dominus, avertite itaque vos & vivite 3). Venit vocatum homines ad resipiscentiam, ut ipse dicit: Non veni vocatum justos, sed peccatores ad resipiscentiam 4). Sed vocat ac trahit hominem non violento modo ac tyrannico, neque destruit liberæ voluntatis arbitrium, sed libera consentiente voluntate homines ad se suamque gratiam invitat, ut ipse dicit: eum qui venit ad me, nequaquam ejecerim foras 5), exspectat enim usque dum homo cor suum aperit ipsique tradit, tum operari in eo incipit, agens omnia secundum decretum suæ voluntatis, quod & Psalmista suo confirmat testimonio: Devolve, inquit, super Dominum, viam tuam, & confide in eo; nam ipse efficiet: proferens tamquam lucem justitiam tuam, & jus tuum tamquam meridiem, acquiesce Domino, & indesinenter exspecta eum 6), accedite ad ipsum & illuminamini 7). Confidite ei omni tempore, o populi, effundite coram eo animum vestrum 8). Non permittet dimoveri pedem tuum, nec dormitat custos tuus 9). Christus ipse inquit:

2) Col. 3, 8. 9. 10.

3) Ezech. 18, 30. ult.

4) Luc. 5, 32.

5) Joh. 6, 37.

6) Ps. 37, 5. 6.

7) Ps. 34, 5.

8) Ps. 62, 9.

9) Ps. 121, 3.

inquit: Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit ostium, ingrediar ad eum, & cœnabo cum eo, & ipse mecum 10).

10) Apoc. 3, 20.

§. 28.

Hinc apertissime constat, gratiam pulsare ad cordis ostium; si ergo homo istud ostium aperit, quod in liberæ voluntatis arbitrio est positum, ut pulsantem in se gratiam recipiat, ingreditur ad eum, in eoque permanens operatur omnia in omnibus, adjuvat ac confirmat debilitatam hominis naturam, ne homo iterum ad malitiam relabatur: Spiritus enim est promtus, sed caro est infirma 1); idcirco etiam dicit nosterSalvator: Sine me nihil potestis facere; Nam ego sum vitis, & vos palmites; & sicuti palmites, nisi in vite manserint, nullum possunt ferre fructum, a semet ipsis: sic quoque nec vos in sanctitate aliquid salutaris aut perfecti operis, quod Patri meo foret placitum, perficere potestis, nisi ad me conversi in me maneatis. Nam ego sum vitis, vos palmites: is qui manet in me, (constanter nempe, nec semel factam electionem mutat) & in quo ego maneo, hic fert fructum multum 2).

1) Marc. 14, 38. Luc. 12, 36.

2) Joh. 15, 5.

§. 29.

Nobis igitur viam reversionis avide quærentibus, amantissimus nostri Salvator ac semper Dux promtissimus occurrens dicit: Ego sum via, veritas & vita, si quis introiverit per me, salvabitur: & ingredietur & egredietur, & pascua inveniet 1); sine me enim nihil pote-

1) Joh. 10, 9.

poteſtis facere; quia nemo poteſt ad me venire, niſi Pater, qui miſit me, traxerit illum 2). 2) Joh. 6, 44.

§. 30.

Trahit autem nos Deus, quando corda noſtra pungit per vocem prædicationis Evangelii, & quando, pulſando noſtri cordis januam, omnes ſimpliciter, nemine excepto, ad ſpiritualem vitæ menſam, qua olim liberrimo arbitrio, humana noſtra natura fruebatur, invitat. Unde etiam ad omnes indiſcriminatim dicit: qui amens eſt veniat ad me 1). Quis autem ille eſt amens? qui intelligentiæ facultate eſt deſtitutus, neque diſcretionis vim ſanæ rationis, quæ eſt imago Dei, poſſidet, ſed uti demens in fatuis errat, eorumque laqueis ſe irretit, & corde cogitat vana, uti Propheta dicit 2), & Syrach: vecors meditatur talia, & vir demens & ſeductus cogitat fatua 3). 1) Prov. 9. leg. 2) Eſ. 32, 6. 3) Syr. 16, 23.

§. 31.

Ab hac igitur conſiderantia ratiocinante, quam Ariſtoteles ſecundam mentis operationem, adpellat, originem trahunt deſideria proæretica mala, & pravæ cogitationes, quæ inobedientia rationi minime innixa, & confuſione liberrimæ voluntatis rationis, contractæ per turpem ac diabolicam perſvaſionem vero humano cordi inſitæ, quæque nihil aliud ſunt, quam mala animi diſpoſitio, omni bono ex diametro oppoſita, & quæ per deflectionem a bono, ſeu ejus carentia, humanæ naturæ innaſcitur: & hæc prava diſpoſitio eſt cauſa liberrimæ ac proæreticæ electionis circa malum.

§. 32.

Hanc ob imbecillitatem dicit: venite & comedite panem meum, & bibite vinum quod vobis miscui: quando autem dicit, nos ad se venire debere, ad comedendum & bibendum, panem & vinum, quibus humana natura, cum adhuc in primo innocentiæ statu in Paradiso inveniretur, quippe quæ vi liberi voluntatis arbitrii in sanctitate, spiritualis mensæ sanctimoniæ divinæ contemplativo modo, particeps erat, victitavit? tum, quando nos ipsi adpropinquamus, relinquentes omnem dementiam, quando intelligentiæ, scientiæ ac cognitionis cupidos nos præbeamus, prudentes existimus ut serpentes, & simplices animi ut columbæ, sapientes in bono, mali imperitos nos gerimus, quando liberam sanæ rationis voluntatem a desideriis pravis avertamus, ipsiusque castigationes paterno profluentes amore osculamur, ac sinimus, ut liberæ voluntatis facultas, sanæ nostræ rationis, quæ quondam de purissimæ illius sanctitatis mensa libavit, & in se adhuc reliquias quasdam dulcedinis & odoris cibi pristini, sanctimoniæ scil. tanquam particeps similitudinis divinæ habet, statim ac odorem percipit sibi convenientis verbi divini, incipiat intensissimo ac libero animi desiderio, svavem istum odorem, vocantis ac allicientis gratiæ divinæ, cordi suo imprimere, secundum admonitionem nostri Salvatoris: Nemo ad me potest venire, nisi Pater traxerit illum, & Salomonis: Osculetur me osculis oris sui: nam sunt amores tui meliores vino, ad odoratum unguentorum tuorum optimorum, velut unguentum diffunditur nomen tuum, idcirco puellæ diligunt Te. Unde etiam fragrantiam hanc

eligens

eligens & exoſculans liberrimo, minime vero coacto amore Sponſa ulterius clamat: trahe me, ad Te curremus 1); Quando ex carcere, quo pravis ſuis deſideriis vinctus tenetur, ſe in libertatem vendicare ac diligenter perſcrutando ſeipſum cognoſcere quærit; quando ad ſe ipſum redit, ac ratiocinando cum filio perdito apud ſemet ipſum dicit: Quot Mercenarii Patris mei abundant pane, ego autem fame pereo: ſurgens adibo Patrem, ſecundum cujus imaginem ſum factus, ac dicam illi: Pater peccavi in cœlis & coram Te, & non amplius dignus ſum, qui adpeller Filius tuus, fac me ut unum ex mercenariis tuis, & ſurgens adiit ad ipſum 2).

1) Cant. 1, 2, 3, 4.

2) Luc. 15, 17. 18, 19. 20.

§. 33.

Ex allegato dicto clariſſime, a parte voluntatis liberæ & abſolutæ hominis, primus actus & initium reverſionis ad Patrem, videre licet; ſecundum illud: Quisquis fatuus, divertito huc a), quæ verba hanc habent ſignificationem; ut nempe in ſe recedat, & noſcat ſemet ipſum, uti ex ſeptem ſapientibus Græcorum Solon dixit, & ſurgens voluntarie accedat ad Patrem ſeu fontem ſuum. Tum vero Pater procul adhuc conſtitutum ſcil. venientem vidit, animadvertens, illum in ſe rediiſſe, decreviſſeque ſecundum normam ſanæ rationis rectam viam in poſterum incedere, h. e. videbat bonum ipſius animi propoſitum ac ſcopum revertendi, uti ipſe teſtimonium perhibet in vate dicens: Novi vias tuas & miſertus ſum tui, ſuſcipit ergo & ſanat illum ut hominum amantiſſimus, illique occurrit.

a) Prov. 9, 4.

§. 34.

Ex his satis aperte patet, a parte Dei, gratiam Patris, hominem ut pronus ductor semper ambientis, usque dum exspectare, donec sua sponte homo se ad ipsum convertat, tum vero ipsi prævenire ac humeris accipere, hoc est: intrat vel infundit se in internum hominem; osculatur illum, se invicem amplectuntur, ad adjuvandum & magis confirmandum hominem, in signum & pignus remissionis peccatorum, conciliationis & erectionis, uti ipse dicit: consolatus sum eum, & dedi solatium firmum seu verum 1). Cum ad Patrem Filius dicit: Pater peccavi in cœlum & coram Te, nec sum dignus amplius vocari Filius tuus; tum Pater respondet: Filius meus es, elexi Te, nec Te derelinquam. Ne timeto Tibi, quia sum Tecum, ne stupeto, quia ego sum Deus tuus: fortifico te, auxilior tibi, etiam sustento te dextera justitiæ meæ scil. gratiæ meæ; Ego sum Dominus Deus tuus, prehendam dexteram tuam, edicens tibi, ne timeto 2). Ecce ego ut nebulam iniquitates tuas extirpavi, & peccata tua ut caliginem 3). Postea dicit Pater servis suis, ecclesiasticis nempe Ministris, qui secundum Prophetam Angeli sunt Domini omnipotentis, qui & cum Angelis in spiritualibus sunt cooperantes: offerte ac date ei primariam seu optimam vestem, vestem videl. innocentiæ & puritatis, vestite illum per baptismum morte Filii mei, in remissionem peccatorum, date ei annulum caritatis ac fidei in conjugium sponsæ spiritualis, & calceamenta viæ angustæ Evangelii pedibus suis aptate 4): adducite vitulum spiritualem saginatum, mactate & date corpus & sanguinem Filii mei, & comedentes omnes spiritualiter

1) Es. 57, 18.

2) Es. 41, 9. leg.

3) Es. 44, 22.

4) Zachar. 3, 4. 5. Matth. 7, 14. Eph. 6, 15.

aliter lætabimur; lætamini ergo cœli, clangite fundamenta terræ, fragorem edite ſonitu montes, ſylvæ & cunctæ arbores in eis 5): Hic enim Filius meus mortuus erat, rediit ad ſe & vivit, perditus erat & inventus eſt, reverſus eſt ad me, & ſalvavi eum 6): Et ita commune, de uno peccatore, per ſeriam pœnitentiam, proprio voluntatis ductu, converſo, oritur gaudium, illeque accipit gratiam, & trahitur gratia, ſicut ferrum particeps magnetis naturæ, trahit & trahitur invicem.

5) Eſ. 44, 23.

6) Luc. 15, 24.

§. 35.

Et quemadmodum ſol juſtitiæ æque ſupra omnes illuceſcit, ſic quoque verbi divini ſemen omnium hominum inſeritur cordibus; tamen, ſi nos non cum recto ac acuto judicii aratro, carnalem noſtri cordis terram ante aramus, eamque eradicando ſpinas ac carduos impurarum cogitationum, disjectisque lapidibus, purgamus, ac inconditas actionum glebas conterimus, atque minutas & molles eas reddamus, ut, ſemine ſpirituali eo cadenti, inveniat elaboratam terram, ac ibi acquieſcere poſſit; impoſſibile eſt, ut ſemen radices agere ac uberos ferre poſſit fructus, teſtante Domino apud Lucam 1), per Jeremiam: Novellate vobis novale, & ne ſeratis in ſpinis 2). Deus enim in inſipientis cor non ingreditur, & licet ingreſſus, illico tamen diſcedit.

1) Luc. 8, 8.

2) Jer. 4, 3.

§. 36.

Sed ſi, quantum nobis poſſibile, cor noſtrum aratum atque a ſpinoſis cogitationum radicibus purgatum ejus-

ejusque lapideam duritiem diligenter ac molliter præparamus, & in futuro abundanter metere sperantes, illud exhibeamus promte: tunc non solum incidit spirituale semen, sed & radices agit in elaborata ista terra bonæ dispositionis nostræ animæ, cujus natura valde bona est creata, & ejusmodi semini accipiendo maxime idonea, scil. ad suscipiendum semen illud sanctimoniæ, quod ante lapsum maxima cum gloria in se habebat: & tunc uberos fructus possumus ferre, & multiplicare spicas justitiæ, adjuvante nempe Deo, ipsoque cooperante & auxiliante cum nutritione roris spiritualis ac corroboratione gratiæ, & fulgore radiorum intelligentis solis divinæ suæ facultatis; quæ est illa lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum 1), secundum suam voluntatem & nostram diligentiam: Apostolus enim Petrus dicit: Quapropter, Fratres, potius studete vocationem, & electionem vestram firmam efficere: hæc enim si feceritis, nunquam impingetis 2). Et Hoseas, alta nos voce docens: Seminate vobis ad justitiam, metite in fructum vitæ, illuminate vos lumine prudentiæ seu cognitionis, quærite Dominum, usque dum veniat, & perfundet vos pluvia justitiæ 3), ut spicæ vobis germinent justitiæ.

1) Joh. 1, 9.

2) 2. Petr. 1, 10. cap. 3, 14.

3) Hos. 10, 12.

§. 37.

Judæi quidem & audientes prædicantem Dominum & scrutantes sacram Scripturam, discebant viam vitæ æternæ; sed liberrimam voluntatem, discernendo eligere vitam aut mortem, unumque ex illis amplecti, habentes; noluerunt abstinere ab iniquitate, neque operam impendere, ut rectæ rationis ope veritatem vitæ

vitæ comprehenderent, ut converterentur ad Christum, quo vitam æternam habeant; majoris enim æstimarunt mortem quam vitam, abutentes natura ac proprietate liberi arbitrii, quæ omnino boni est particeps: clauserunt oculos rectæ rationis; ut videntes videant, & ne cernant, & audientes audiant, & non intelligant, ne quando se convertant, & remittantur eis peccata 1): crassum enim erat cor factum popnli hujus, & auribus graviter audiebant & oculis suis conniverunt: ne quando cernerent, converterentur & sanarentur 2), ideo magis magisve crassis circumfundebantur tenebris, atque in malo arabant, ut Hoseas populo Israelitico dicit: arastis improbitatem, iniquitatem, comeditis fructum mendacii: quia confidis viæ tuæ scil. in peccatis, multitudini potentium tuorum &c. 3) & adcumulabant propter duritiem suam semetipsos ira Dei, ut Paulus inquit: Sed pro duritia tua & corde quod resipiscere nescit, ipse tibi thesaurum recondis, iram in diem iræ, & revelationis justi judicii Dei 4), videbant & persentiscebant bonitatem Dei ad pœnitentiam eos invitantem, sed falso ratiocinantes non elegerunt bonum: Etenim si nos ipsos dijudicaremus, non judicaremur, scribit Paulus 5). Sibi ipsis ararunt mala, & corda sua astutis cogitationibus onerarunt; & assidui in malis, magis magisve sub lege impetuosorum adfectuum vincti detinebantur, seque ipsos eo longius a gratia seu a Deo abduxerunt; Nam ecce longinqui a Te pereunt, inquit David 6). Quare & a Christo adpellabantur: malitiosi, astuti, & progenies viperarum: Nam a semine Patris eorum Diaboli imprægnati, peccatis inserviebant: a quo Paulus nos dehortans, dicit: Ne regnato igitur peccatum in mortali vestro corpore, ut auscultetis ei in cupiditatibus corporis: neque sistite membra

1) Marc. 4, 12.

2) Act. 28, 27. Es. 6, 10.

3) Hos. 10, 13.

4) Rom. 2, 5.

5) 1. Cor. 11, 31.

6) Ps. 73, 27.

bra vestra arma injustitiæ peccato 7); Renuerunt se ipsos recta ratione dijudicare, nec bonitatem gratiæ Dei, aut potius ipsum Deum & hominem oretenus eos invitantem voluntarie amplecti, ut converterentur ad fidem ut etiam eis dicebat: Nolitis venire ad me, ut vitam habeatis 8). Quare & Christus, absolutum voluntatis eorum arbitrium violento modo frangere & vi convertere, noluit: Nullum enim purum locum in eorum cordibus invenit, ut intrando in illis permaneret, illosque ad fidem excitaret, atque augeret fructum suæ justitiæ ad eorum salutem, ut Paulus loquitur: quod enim consortium justitiæ cum injustitia? & quæ communio lucis cum tenebris? & quæ concordia Christo cum Belial? aut progenie viperarum? boni aut mali? aut quæ portio fideli cum infideli 9)?

7) Rom. 6, 12, 13.

8) Joh. 5, 40.

9) 2. Cor. 6, 14. Matth. 12, 34.

§. 38.

Deus, donatam, secundum suam imaginem humanæ animæ voluntatem liberam servare volens, nulla vi in ea utitur, quippe qua corrumperetur: vult enim ut homines rectæ rationis imperio absolute ac libere super omnia utantur, ut ductu propriæ voluntatis adfectuum legem in corpore seminatam subigere libere queant, atque ita magnifici operis sapientiæ suæ facultatem ac potentiam demonstrat adversus adfectuum imperium victricem ac triumphantem. Quod & Paulus adhortando nos docet: Ne vincaris a malo, sed vince bono malum 1). Quando vero bono vincit malum? Quando liberæ voluntatis arbitrio ac rectæ rationis judicio, malum nequaqnam a Deo esse judicat, rejicitque illud & abhorret. Sana enim ratio vel puræ ejus cogitatio-

1) Rom. 12, 21.

gitationes, sunt pretiosum Cymelion insitæ facultatis humanæ in anima, sive bonum ab initio humanæ animæ a Deo inditum. Quare & sanctus Theologus Johannes, omne, inquit, quod natum est a Deo, vincit mundum. Facultas vero rectæ rationis, bonæ voluntatis nostræ, summæ Dei facultatis particeps ejusdemque imago est, & inde insitam quoque habet vim libere vincendi malum in mundo, deque illo triumphandi. Hujus rei testem habemus Johannem Theologum ita scribentem: Fides nostra victoria est, quæ vincit mundum; sibique ipsi interroganti: Quis est, qui vincit mundum? respondentem: nisi qui credit Jesum esse Filium Dei 2). Ille enim qui recta rationæ liberæ voluntatis, cujus facultas cum a Deo sit, ita & recte dijudicat ac discernit, repugnat malo & eligendo bonum adversus malum in bono reportat triumphum, & amplectitur vitam; qui vero ratione abutens, falso argumentatur ac præfracte mala perpetrat, nec bonum re vera tale esse judicat, eligendo mala, pravisque in cogitationibus studiose ac multum volutatus sui ipsius judex fit, seque ipse dum vita æterna judicat indignum, amplectitur mortem, & dementiæ catenis circumvinctus, regitur a peccato 3). Spirituale par Apostolorum Paulus & Barnabas, qui separari a se invicem nequeunt, dicta suis confirmant testimoniis: ad inobedientes Judæos cum dicerent: vobis necesse fuit primum exponi sermonem Dei: postquam autem illum repellitis, & indignos vos ipsos decernitis æterna vita, ecce, convertimus nos ad gentes 4). Quæ cum legem non habent, natura, quæ legis sunt faciant, isti legem non habentes, sibi ipsis sunt lex 5). Propterea etiam Paulus laudibus evehens Thessalonicenses græcos, multi, inquit, crediderunt exiis, & græcæ mulieres honestæ & viri non

2) 1. Joh. 5. 4. 5.

3) Rom. 2. 8. 9.

4) Act. 13. 46.

5) Rom. 2. 14.

6) Act. 17, 4, 12. pauci 6). Hi vero cum in vera fide invenirentur, & recta ſua ad bonum ratione voluntarie uterentur, adfectuum imperium proſtraverunt, atque abhorrentes malitiam, potenter ac glorioſe carnali legi violentorum adfectuum reſtitere, & ſua ſpote ac libere ope internæ rectæ rationis, quæ quoad eſſentiam natura bona eſt, ſeipſos arantes ac proſcindentes, ſecuere ac radicitus evulſere omnes præacutas ſpinas, h. e. malas cogitationes ex ipſorum animis, pie atque in timore Dei viventes. Quare & Petrus dicit: In quavis gente, qui timet
7) Act. 10, 35. Deum & operam dat juſtitiæ, acceptus ei eſt 7): Propterea hi cum ſemper contra rationi refragantem voluntatem dimicarent, ac clara voce audirent manifeſtum teſtimonium Domini, ſive doctrinam quæ pura eſt & animæ oculos illuſtrat & hominum corda lætificat
8) Pſ. 19, 9. 8); ſtatim acceperunt ſemen divinum: ſemen autem illud cultam & ſpiritualiter aptam & innocentem cordis eorum terram inveniens, nullius temporis ſpatio intermiſſo ingrediens adquieſcebat, inſtar Regis cœleſtis myſtici, qui in accubitu ſuo edit converſionis fra-
9) Cant. 1, 12. grantiam ſpiritualis Nardi 9), & tum internus ſpiritualis homo fragrantia iterum adfectus, atque priorem ſtatum & ſanctimoniæ dulcedinem ex centro guſtans, & ex animo lætus, amoreque captus, ſe libentiſſime trahi paſſus eſt; atque ita Chriſtum in cordibus accipientes, a quo per Spiritum ſanctum inflammati, excitabantur, ad Chriſtum absque hæſitatione profitendum, teſtante Scriptura: Aperui ego dilecto meo: exanima-
10) Cant. 5, 6. ta ſum propter colloquia ejus 10), dicebant: Amicus noſter in nobis, tanquam faſciculus Myrrhæ, (eſt planta balſamica) intra noſtras mammillas, (hoc eſt amorem) permanens verſatur. Egrediamur igitur in ſpiritualem fidei agrum, ad Chriſtum absque impedimento

to in libertate profitendum. Maneamus in ſanctis viis præceptorum ejus, utpote in quibus animæ requies eſt. Ante diluculum conferamus nos in ſpirituales virtutum fidei vineas, hoc eſt ad bona opera. Videamus an floreat vitis fidei, an aperuerit ſe prima virtutis uva noſtræ juſtitiæ, an germinarit ſpiritualis mali punicæ vinum cognitionis, quod inebriat nos Chriſti cœleſtis amici noſtri lætitia dilectionis: daturi ibi ſumus ei noſtri amoris mammillas, hoc eſt, præſtabimus patientiam adflictionis propter fidem: Oſculetur igitur nos oſculo oris ſui pro amoris cœleſtis pignore, in ſignum conceſſæ nobis ſalutis, quam exſpectavimus in amore. Amicus enim noſter eſt, quem & noſtrum eſſe credimus, & quem ſequimur liberrima in voluntate, etiam ad mortem usque, ut omne in æternum ab eo non ſeparemur 11). Ita etiam Propheta Eſaia ſeſe explicat: dicent, inquiens, die illo, ecce Deus noſter, in quem ſperamus, & ſalvavit nos. Hic eſt Dominus, exſpectavimus illum, exultantes lætitia adficiemur in ſalutem noſtram 12), atque ita crediderunt, ac incrementa cepit fides in Chriſtum voluntarie, atque divina quadam vi & læſione liberi arbitrii. Unde etiam ex parte hominis adverſus malum victoria patet, atque a cœleſti Rege digna hominibus corona non marceſcens ex gratia conceditur. Sicut & Dominus promiſit atque ideo per Johannem Theologum dicit: Ego ſitienti dabo ex fonte aquæ vitæ gratuito: ac qui vincit per hæreditatem adquiret omnia, & ero illi Deus, & ille mihi erit Filius: Vincenti dabo ſedere in Throno meo, ſicut & ego vici & conſedi cum Patre meo in Throno ejus 13).

11) Cant. 2, 16. cap. 7, 1. ult. cap. 1, 1.

12) Eſ. 17, 7. cap. 25, 9.

13) Apoc. 21, 6. 7. cap. 3, 21.

§. 39.

Deniqne, quoniam per insipientem illum lapsum, quod recta sua ratione fuerat abusus, confusus homo non videtur concessæ sibi secundum imaginem Dei virtutis jacturam fecisse, ita ut non amplius valeat, secum ipse ratiocinans de bono, excolere & præparare se vas purum, ad amissam sanctitatem & gratiam vocationis recipiendam: Nam si libera rectæ rationis virtus ad incitas adeo redacta fuisset; ne in illo quidem Paradisiaco ambulacro interrogasset Adamum & Evam Deus, cujus interrogatio revocatorium ac demonstrativum signum erat, ut iterum in se rediens, vi rectæ suæ rationis suum errorem ipsemet, absque ullo prætextu confiteretur. Sed o! stolidam responsionem quam dabant: Audiverunt vocem Domini Dei ambulantis in hortis ad auram diei: abscondiditque se Adam & uxor illius a facie Domini Dei, inter arbores hortorum. Vocavit ergo Dominus Deus ipsum Adam, & dixit ad eum, ubi es tu? Nonne comedisti de fructu arboris, de quo ne comederes, tibi mandavi? Sed o vanum prætextum Adami respondentis: Mulier ipsa quam dedisti mihi ut mecum esset, ipsa dedit mihi de arbore, & comedi. Et dixit Dominus Deus ad mulierem: Cur hoc fecisti? & dixit mulier, serpens ille seduxit me a).

a) Gen. 3. 8. & ult.

§. 40.

Propterea igitur dicimus, spiritualem hominem, cum in incarnatione divina, humana natura sit corroborata, jam magis valere apud semet ipsum dijudicare, ample-

amplectique propria ex sua voluntate spirituale bonum, in eoque vincere malas cordis cogitationes, seu legem carnalem, semper spirituali legi resistentem, qua lege carnali Paulus quoque vexatus, Deum, ut se citius liberaret, orabat, quamvis ille recta mentis suæ ratione legi Dei serviebat, eaque & de lege peccati triumphum reportabat. Sicut ipse dixit: vince in bono malum b). Si enim homo facultate liberæ & absolutæ voluntatis, quam Deus inexstinguibilem & omnino non penitus corrumpendam humanæ animæ dedit, spoliatus omnino fuisset (id quod ipse huic donavit, nequaquam vult ut corrumpatur, ne homo ex propria sua facultate dijudicare, atque eligere vitam aut mortem, hoc est, bonum aut malum, adeoque secundum placitum manus suas extendere, prohibeatur) nec triumphali ista in cœlis coronatione, nec damnatione, ut tamen infallibilis divina justitia postulat, dignus foret.

b) Rom. 7, 25. cap. 12, 21.

CAP. III.
DE
Sanctis.

§. 1.

DE Sanctis docemus, quod sanctæ eorum animæ, post discessum ex hoc mundo, mansiones sibi paratas inque domo Patris cœlestis exornatas intrent 1), ubi cum Sponso, cujus desiderio tam valde flagrarunt, Jesu Christo spiritualiter uniti ejusque salutis

1) Sap. 3, 1. Joh. 14, 2. 3. Matth. 25, 21.

tis consortes in secula permanebunt seculorum. Sicut etiam Paulus hanc ante omnia expetendam unionem per revelationem satis sibi perspectam habens & certam, nihil magis quam dissolvi & cum Christo esse cupiebat 2); Unde quoque Propheta dicit: Animæ justorum in manu Dei sunt, & non tangit illas tormentum 3). Nondum tamen propriis induti sunt corporibus, sed donec ultima omnium hominum veniat resurrectio, expectant; ut omnes suis circumdati corporibus cœlestem victoriæ palmam reportent & pleniſſimo fruantur gaudio 4). Quapropter etiam Apostolus Paulus scribit: Ego jam immolor, & tempus meæ adest dissolutionis: bonum decertavi certamen, cursum peregi, fidem servavi, quod reliquum est, reposita est mihi justitiæ corona, quam reddet mihi in illo die Dominus, justus ille Judex, non solum autem mihi, sed & omnibus qui ejus desiderant apparitionem 5). De Patribus vero Prophetis & Martyribus ita testatur: Hi omnes, inquit, testimonio per fidem ornati, non tamen obtinuerunt promissum illud, quoniam Deus de nobis melius quiddam providerat, ne sine nobis consummarentur 6).

2) Phil. 1, 23.
3) Sap. 3, 1.
4) Job. 19, 25 26, 27. 2 Cor. 4, 17.
5) 2. Tim. 4, 6. sqq.
6) Hebr. 11, 39, 40.

§. 2.

Ibi vero, ut corpora cœlestia, summam fovent spem, unusquisque tamen in sua mansione, ac diverso cuique, pro diversitate & perfectione operum, competenti gradu, ut iterum Paulus nos docet, dicens: Et sunt corpora cœlestia, & sunt corpora terrestria, sed alius quidem cœlestium decor, alius vero terrestrium: alius est fulgor solis, & alius fulgor lunæ, & alius fulgor stellarum; Stella enim stellæ præstat fulgore 1);

1) 1. Cor. 15. 40. 41.

Omnes

Omnes tamen gloria & præsentia Dei ac Domni nostri Jesu Christi a facie ad faciem perfruuntur 2), & cum sanctis consociati Angelis Deum Trinunum assidue collaudant, glorificant & adorant, secundum hoc Johannis testimonium: Et cum tribuebant animalia illa gloriam, honorem & gratiarum actionem ei, qui Throno insidebat, viventi nempe in secula seculorum, procidebant viginti quatuor illi Seniores in conspectu istius Throno insidentis, & adorabant illum viventem in secula seculorum &c 3), & alibi: Quumque accepisset Librum, quatuor animalia & XXIV. Seniores prociderunt in conspectu Agni, habentes singuli Citharas & Phialas aureas suffituum plenas, quæ sunt preces sanctorum, novumque cecinerunt canticum 4).

2) 1. Cor. 13, 12.

3) Apoc. 4, 10. cap. 9, 10.

4) Apoc. 5, 8.

§. 3.

Quod animis justorum mansiones cœlestes splendore conspicuas intrare contingat, non solum ex Apocalypsi Johannis, sed etiam ex aliis Scripturæ locis probandum est. Quapropter de Sanctorum precibus & orationibus non fastidiose sed pie & modeste scribere, earundemque qualitatem, cur & cui bono effunduntur, demonstrare nobis incumbit, cum vis & significatio vocum nos non lateat, qua de re Paulus: nisi sciero, inquit, vim vocis, erit, qui loquitur, mihi barbarus. a)

a) 1. Cor. 14, 11.

§. 4.

Relicta itaque Ethymologia, seu resolutione verborum grammaticali, dicimus solum, quod sub voce

illa (orationem intellige) generaliter considerata, multa & varia comprehendantur precationum genera, ex quibus non omnes, strictiori significatu & proprie loquendo, preces sunt, nec veræ & genuinæ orationis essentiam habent & proprietates, quæ sensu tamen latiori, propter finem nimirum, quem intendunt, orationes appellantur.

§. 5.

Sacra nos docet Scriptura, quod sicut Ecclesia in his terris militans, ita quoque Ecclesia sanctorum cœlesti triumphans victoria varias indifferenter fundat preces. Hinc singulas has, tam militantis quam cœlestis Ecclesiæ precationes, sub generali quodam comprehendimus nomine, & accuratam differentiæ earum investigationem sicco prætereintes pede, fideles in his terris æque ac sanctos in cœlis preces peragere existimamus, licet proprie sic dicta oratio, a reliquis sic dictis precationum generibus magno differat discrimine.

§. 6.

Invocatio, submissio & pia veneratio semper inter se conjunctæ, & non nisi nomine, ac certo tantum respectu sunt distinctæ, quoad essentiam vero unum idemque significant, maximamque supremo & perfectissimo Enti debitam submissionem denotant: Hymnus & glorificatio, ut unius ejusdemque sunt significationis, ita quoque summam respiciunt Essentiam, ideoque soli Deo nullatenus vero creaturis competunt; quapropter easdem, ejusmodi precationis genere, honore, dilectio-

lectione, timore & veneratione divina, sensu nimirum proprio, utpote quæ soli Deo competit, nunquam prosequimur, quæ tamen omnia, sensu sumta latiori, magna cum æstumatione & reverentia sanctis, ceu creaturis, exhibere nobis non interdictum est; quippe quæ nihil tum aliud significant, quam puram cordis humilitatem, charitatemque creaturis jam glorificatis præstandam.

§. 7.

Canticum Jubileum, cordis indicat lætitiam: gratiarum actio fit pro beneficiis acceptis: Collocutio non nisi cordis est effusio: Precatio, qua vindicta quæritur, satisfactionem ab aliquo adversus alium expetit: Oratio seu precatio instituitur, ut rebus, quæ nobis necessariæ sunt, potiamur.

§. 8.

Animæ itaque sanctorum quamvis cum Christo sint, & sibi de statu ac conditione sua magno cum gaudio gratulentur, & eapropter jubila canant, nec non sine intermissione gratias agant sacro-sanctæ Trinitati, eamque laudibus cumulatam summa in spe adorent, earum tamen recordantur rerum, quibus adhuc carent, in memoria nempe tenent unionem cum corporibus suis in resurrectione, conversationem cum intimis amicis & sanctis adhuc in terris vitam degentibus, vindictam contra malos, ulteriorem glorificationem, coronam immarcessibilem, majorem claritatem, perfectiorem gloriam, sensibiliorem æterni & incorruptibilis

regni cœleſtis adeptionem, & denique ſolatium ac gaudium longe perfectiſſimum.

§. 9.

Hinc patet clariſſime, ſanctos cœlites Deum non tantum glorificare & adorare, ſed etiam pro indigentibus indeſinenter intercedere & ex corde preces fundere, ut cito conſummentur, & ita ipſi quoque, ad ſummum perfectionis faſtigium evecti, ne minimam quidem, ut ita dicam, mœſtitiam ſentiant & indigentiam, ſed in ſumma perfectione, omni absque ulteriore cura & defectu, hymno novi cantici jubileo, una cum toto ſanctorum Angelorum choro, ſacro-ſanctam Trinitatem glorificent & æternis celebrent laudibus b).

b) Apoc. 7, 11, 12. cap. 21, 4. Matth. 22, 30. Apoc. 14, 3.

§. 10.

Si quis autem diceret: Animæ a corporibus ſeparatæ prioris non recordantur ſtatus, nec conditionis eorum, cum quibus in hac vita habuerunt converſationem, neque difficultatum, quas militantes ſub cruce & afflictionibus perpeſſæ ſunt; & in probationem hoc Davidis allegaret effatum: cum ventus pervadit ipſum, mox non eſt, neque agnoſcit amplius locum ſuum c); tum reſpondemus, Prophetam hoc in loco non de anima ſed de corpore loquutum eſſe.

c) Pſ. 103, 16.

§. 11.

§. 11.

Si enim anima per mortem a corpore separata, donis suis naturalibus & essentialibus, ut & sibi insitis, sensationis nempe, recordationis & dijudicationis destitueretur facultatibus, tunc utique sequeretur, hæc omnia essentiæ & facultati materialis corporis originem debere, ac in anima ut habitum tantum acquisitum, vel usu aliquid & consvetudine adscitum esse; porro quoque sequeretur, animam post suum a corpore discessum mortuam esse & omni privatam sensatione, corpus vero in se genuinam actionum vitalium scaturiginem habere, easque sentire, dirigere & dijudicare, quæ tamen animæ solummodo competunt: Et ita nihil anima sentire, nihil desiderare, nec quicquam memoriæ mandatum tenere posset; sed nunc, depositio corpore, minorem ac antea haberet facultatem agnoscendi, utrum bonum sit vel malum quod obtinuit, &, ut ratione carens, sensatione destituta, memoriaque omnino orbata, minori ac in hac mortalitate gauderet judicio: Imo, si anima hisce privata esset facultatibus, tum neque statum cognosceret præsentem, neque sciret unde & quo venisset, & ubi nunc sit, aut si ex bono in malum, aut ex anguſtiis in gaudium dimigrasset; & ita amissa ratiocinandi facultate, de mutata sua conditione anima nihil valeret judicare. Unde adhuc ulterius sequeretur, quod omnia animæ attributa corpori adscriberemus, omnesque actiones, quæ solam animam ut causam efficientem agnoscunt, a corpore peractas esse doceremus.

§. 12.

Tali ratione, & si res ita se haberet, sanctorum animæ, ceu insensibiles & memoria carentes, Deum collaudare, glorificare, adorare, gratiarumque actione venerari non possent, nec adversus injustos persecutores vindictam expetere, neque coram Throno Dei suspiriaque effundere cordis, dignetur Deus, ut justus judex, sanctis tam minoribus quam majoribus suam gratuite rependere mercedem, ac malos æternæ tradere perniciei 1): Tum quoque impossibile esset, quod omnis vel tota creatura, erecto quasi capite & gemendo expectaret liberari ex servitute corruptionis in gloriosam filiorum Dei liberationem 2): Tum denique, per inevitabilem consequentiam, nulla adhuc sancti gloria ornati essent, nullo fruerentur gaudio, nullaque refocillarentur requie, nulla esset receptio in Paradisum, ab altera vero parte nullum quoque damnati sentirent angorem, nulla esset occultatio faciei & lucis Dei, nequæ ullæ inde profluentes castigationes, & multo minus aliqui tunc infernales dari possent cruciatus: Hisce enim omnibus liberæ forent animæ, donec iterum cum propriis unirentur corporibus, & ita in illis sensationem, intellectum, memoriam, auditum & similia reciperent. Si namque anima, moriente corpore, suis destitueretur facultatibus, necessario sequitur, vires animæ corpori esse adscribendas, eamque, quamdiu caret corpore, existere insensibilem, irrationalem, memoria, voluntate, capacitate, & inde emanantibus orbatam affectibus, gaudio nimirum vel tristitia, vel aliis quibuscunque similibus; quæ omnia, si veritati fidem habere volumus, corpori competunt.

1) Apoc. 11, 18.

2) Rom. 18, 19 21, &c.

§. 13.

§. 13.

Consequentia porro ex hac quoque hypothesi involveret, hominem in exiguo tantum hujus vitæ curriculo, & non diutius quam in hoc tempore unita est cum corpore, supra recensitis pollere facultatibus, viresque ejusmodi, æque ac temporalem animæ cum corpore unionem, res tantum esse accidentales, nec non hominem post separationem accidentaliter ad nihilum reverti; qnæ tamen res accidentalis in ipsa unione longe perfectissima omnium creatarum virium fuit facultas; verum enim vero hæc argumentandi ratio omnino irrationalis esset & contradictoria.

§. 14.

Hinc sequitur, quod dictum supra allegatum Davidis non de anima, sed tantum de corpore corruptioni obnoxio intelligi possit: Quemadmodum etiam ejusmodi reliqua Prophetarum loca (ut e. g. hoc: qui mortui sunt, te non laudant; in inferno quis te celebraret?) non aliquam factam per mortem privationem indicant, & virium animarum in inferno denudationem, sed statum tantum corporis respiciunt; Quod etiam David sequentibus confirmat verbis: An te celebrabit pulvis tuamque annunciabit veritatem? a)

a) Ps. 30. 10.

§. 15.

Genuinus itaque hujus dicti sensus est, ut sequitur: Quemadmodum cum homo vivens per plateam quandam

quandam procedit, corpus in & per se illud ipsum minime sentit, nec ab anima separatum ejusdem recordatur, aut locum, quem transivit, ulterius cognoscit; ita quoque corpus, post animæ decessum, integrum non magis constituit hominem, nec quem perambulavit, & ubi præsens fuit, locum, ut rationali privatum anima, & ens quoddam insensibile & irrationale scire potest, ut similiter locus nullam de illo habet notitiam. Hoc ipsum in sacra Scriptura ipse testatur Deus, cum Adamo dicit: in sudore vultus tui tuo vesceris pane, donec in humum revertaris, ex quo desumtus es, nam pulvis es, & in pulverem reverteris. b)

b) Gen. 3, 19. Eccl. 12, 7.

§. 16.

Homo quidam, omnino cœcus, suis licet oculis nihil materiale videat, illum tamen internam videndi potentiam & facultatem amisisse non dicere possumus, quippe qui multo accuratiori percipiat intellectu quam fortassis visu pollentes. Similiter de surdo & muto, etsi ambo externis destituti sunt organis (utpote cum surdus nimirum aut per vehementem aëris motum, aut alio quocunque modo, auditum amiserit, ita ut malleolus ille auricularis, vel propter crassitiem immobilis, vel alia quavis ratione debilitatus, subtilem auris membranulam pulsare non valeat) dici non convenit, quod propter externum aliquod impedimentum, internis quoque & sensitivis animæ facultatibus carerent. Quapropter etiam S. Chrysostomus in Comment. sup. Epist. ad Eph. Cap. 2. Hom. 5. Tom. 11. scribit: Paulus id ipsum, quod anima in & per se operatur, Spirituale, quod autem corpus in & per se efficit, carnale appellat.

§. 17.

§. 17.

Hinc animæ Patrum, in manſiones ipſis demonſtratas advenientes lætitia afficiebantur, certiſſimamque in futura liberatione collocatam fovebant Spem, eam ipſam intime ſentiebant, & oculis jam Spiritus prævidebant, ut teſtatur Propheta Zacharias 1). Quapropter etiam oratione, ſupplicibus ſuſpiriis & invocatione Chriſtum redemtorem ſuum deſideratiſſime exſpectabant. Hac quoque de re Rex & Propheta David vaticinatus eſt: Oritur in tenebris lux juſtis 2), & alibi: Memorabo nomen tuum in unaquaque ætate, ſive vivam ſive moriar nomini tuo pſallam 3); & Jeremias: Nomen tuum invocabam Domine e fovea inferiore 4). Quod dictum quoque de angore cordis, in quem ipſe ſæpe incidebat, intelligi ſolet; Quemadmodum David orat: Ex profunditatibus clamo ad te Domine 5). Et cum ſecundum teſtimonium ipſius Domini, Dives ille ex flamma infernali Patrem Abrahamum inclamaverit ſuoque ex carcere refrigerium imploraverit, quanto magis Patres veteris Teſtamenti, qui flammis non traditi fuerunt, orandi facultatem habuere? 6)

1) Zach. 9, 11.

2) Pſ. 112, 4.

3) Pſ. 45, 18. Pſ. 61, 9. Pſ. 66, 1. 2. Pſ. 89, 2.

4) Thren. 3, 55.

5) Pſ. 130, 1.

6) Luc. 16, 24.

§. 18.

Peccatores quidem damnati etiam appellantur mortui; tantum vero abeſt, ut minorem ac in hac vita haberent facultatem ſentiendi, præteritarum rerum recordandi, intelligendi, audiendi & videndi; Nam ſi ita eſſet, quomodo ſuos ſentirent cruciatus? quomodo dives ille Lazarum videre & Abrahami reſponſum audire potuiſſet? ut potius (quia dum adhuc

huc in vivis erant, mortui tamen in peccatis fuerunt) tam ante quam post mortem temporalem omni orbati sint Spe, & ita in vita pariter ac ipsa morte spiritualiter mortui existant, suumque ubique infernum secum trahentes Deum neque hic neque illic glorificare possint. Unde convenienter dictum est: non qui mortui sunt, te laudabunt, neque omnes qui descendunt in specum silentii; sed cur non omnes? Respondetur: quia nonnulli damnationis suæ judicium jam acceperunt, & nihil in posterum, quod saluti eorum inserviat, expectandum habent, cumque ut torpentes in hac vita Deum non glorificaverint, quanto minus in futura, ut reprobati, id facere valebunt; sed potius, tanquam corporaliter ac spiritualiter mortui, omni sublata solatii spe, acerbissima cruciabuntur tristitia: Nos autem qui vivimus 1), & in te speramus, (ut dicit Salomo: cum moritur justus, expectatio non perit) 2) tuumque credimus adventum, te non solum qnamdiu hic in carne vivimus, sed etiam quando post mortem in locum nobis destinatum introducti sumus & ibi adhuc vita gaudemus, laudamus & adoramus: Nos enim quoad animam non morimur, sed veluti per somnum ex uno statu in alterum transvehimur, quapropter, ut semper viventes, nomen tuum invocamus, ut animam nostram ex abysso eripias, & ex tenebris & umbra mortis nos liberes 3).

1) Ps. 115, 18.

2) Prov. 11, 7. sec. græc.

3) Ps. 103, & 107, leg.

§. 19.

Anima quidem licet in & per se non sit omniscia neque summe perfecta & omnipræsens, utpote quæ & similia attributa nulli creaturæ, soli autem Deo competunt, in suis tamen donis & proprietatibus aliqua ipsi conve-

conveniente gaudet perfectione instar Angelorum. e.g. Anima in hac vita & cum corpore adhuc unita, non respectu essentiæ, sed quoad Spiritum in cœlis versatur; sic quoque Angeli quando in terris, ut ad salutem hominibus inserviant, apparent, non essentialiter, nequaquam enim a throno, & conspectu Dei in cœlis separantur, sed virtualiter adsunt, unde Spiritus vocantur intellectuales. Ipsa testatur Scriptura, quod Angeli semper videant faciem Dei 1); & alibi sic loquitur: Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis 2).

1) Matth. 18, 10. Ps. 34, 8.
2) Ps. 91, 11.

§. 20.

Quamvis jam anima non quidem sit omniscia, summe perfecta & omnipræsens; num tamen exinde sequeretur, illam nihil posse sentire, cogitare, in memoriam revocare, audire, videre & cognoscere, neque ejusdem, quem deseruit loci, aut priorum amicorum, concivium, nec non status Ecclesiæ militantis, omniumque sive bonorum sive malorum, quæ in his patravit terris, nec denique propriæ prioris conditionis, eorumque quos in tali reliquit conditione recordari? Nam si in anima oblivio hæc omnia deleret, ut ea ipsa ignoraret, utique sui ipsius terræ gremio mandati corporis, & præterlapsæ hujus temporis corruptibilitatis oblitus esset, nullam porro adversus persecutores vindictam expeteret, neque oraret, neque cum tota creatura ad Deum suspiria emitteret, nec tandem, ut ita dicam, Deum ulterius in memoria haberet ipsumque invocaret; ut sanctis suis Prophetis majoribus æque ac minoribus præmia distribuat, & eos, qui terram perdunt, perditioni tradat.

§. 21.

Inde porro sequeretur, quod anima per dissolutionem a corpore proprias & rationales naturæ suæ facultates amitteret, ideoque insensibilis & omnium rerum immemor, quæ in terra egit aut reliquit, plane ignoraret; consequenter quoque nesciret, ubi nunc esset, & quomodo in altera vita, in quam transposita est, se haberet, quæ autem omnia, ut supra demonstravimus, non essentiæ competit animæ, sed terreni corporis proprium est.

§. 22.

Etiamsi quippe animæ, post decessum a corporibus tenebris involutæ, in locum ipsis destinatum introducantur, extra omnem tamen dubitationis aleam positum est, quod proprias semperque operosas mentis rationalis facultates retineant, ac omnibus perfectissime gaudeant affectibus, ut, quæ in hac vita noverunt vel commiserunt, omnia sentiant & reminiscantur, & ita modo ipsis competenti audiant, &c. imo etiam quæ retro sunt relicta dijudicent; quapropter congementes quoque precantur, intercedunt & supplicant pro omnibus non tantum in genere, sed etiam præcipue pro amicis, domesticis & cognatis, quos solummodo in memoria non vero ob oculos habent præsentes, & quibus non adhuc Patris cœlestis intrare mansiones ac sanctorum interesse communioni permissum est.

§. 23.

§. 23.

Concreata enim animæ ſubſtantia quoad naturam ſemper eſt operoſa, & vis quædam intellectualiter ſe movens; vis autem operans & facultas ejusdem eſt ratio nunquam quieſcens vel otioſa, ex qua viva quædam ſemper profluit operatio. Et quamvis ſeu hæc ſubſtantia, quamdiu cum membris humanis, vel ſecundum Galenum, cum anima vitali in harmonia quadam conjuncta eſt, ad tempus in his terris commoretur, a corpore tamen ſeparata, non ubique locorum eſt, ſed ſecundum ſuam ſemper operoſam, intellectualem & inſeparabilem facultatem in certo quadam detenta loco; abſens vero omnia, non ſolum cominus præſentia, viſibilia & nota, ſed etiam inviſibilia, ſublimia, profunda, ignota, abſentia, & quæ in longinquo ſunt, ſpiritualiter, ratione nimirum & intellectu penetrat, ac ſecundum facultatem ab initio ipſi inditam in eadem operative & virtualiter ſe extendit, ac propoſitas ſibi, ceu in clara quadam imaginatione rerum circumſtantias, oculis quaſi obverſantes, per ſpeculum intellectus, & vivum contemplationis ſenſuum internorum perſpicillum, in quocunque inveniuntur loco, ut præſentes videt & perluſtrat: Homo enim ſive dormiat ſive vigilet, intellectu ratiocinatur & reminiſcitur, unde, quando, & quomodo in illum, de quo ſomniat locum, venit, aut ſi inſomnis eſſet (ſive ſit in terra vel in ſylvis, in montibus, urbibus, regionibus, palatiis, vel in domo aliqua, in caſtris, campis, templis, vel in theatro quodam, in carcere & vinculis, in alieno vel patriæ ſolo, in converſatione domeſticorum & amicorum vel extraneorum, in inferno & locis ſubterraneis, in aqua vel aëre)

modo cruciatus & tormenta damnatorum, modo cœleſte electorum gaudium contemplatur, jam cœtum ſanctorum ex quacunque congregatorum gente, una cum domeſticis aliisque in Paradiſo, jam iterum nonnullos domeſticorum, amicorum aliorumque in Gehenna infernalibus afflictos angoribus videt.

§. 24.

Et quamvis hæc omnia, ſicut in animalibus brutis, originem ſæpiſſime debeant temperamento ſive naturali corporis conſtitutioni, utpote Phlegmatico, Cholerico, Sanguineo vel Melancolico, interdum etiam timori, temeritati, triſtitiæ, gaudio, crapulæ & commeſſationi, ut paſſionibus, quæ animam vitalem vinculis quaſi obſtrictam tenent; propter indiſſolubilem tamen utriusque animæ, cœleſtis nempe & terrenæ irrationalis nexum, quoniam utraque quod ſuum eſt alteri communicat, omnes ſupra memorati effectus ambarum ſuccurſu aluntur & producuntur.

§. 25.

Anima equidem rationalis multis licet circumdata ſit affectibus; magnam tamen habet ratiocinandi facultatem de circumſtantiis rerum, earumque qualitatibus tam in ſe ipſa quam corpore, ut in creatura rationali; neque exiſtimemus omnes affectus ex affectionibus profluere externis: Alia enim prorſus ratione de ſomnio Petri & aliis ejusmodi rebus judicandum eſt; Ut ſanctus Paulus hoc ipſum nobis proprio ſuo

demon-

demonstrat exemplo, qui licet corpore & anima substantialiter esset Romæ, per virtutem tamen & operationem animæ suæ spiritualiter apud Colossenses fuit, & in Spiritu eorum cernens ordinem, in fide constantiam illorum, gavisus est, quam rationis & judicii facultate ut præsens observavit, nec non per sanam & semper operantem rationem sine impedimento, vitam, charitatem & firmitatem fidei illorum sibi habuit perspectam; Unde ipse quoque scripsit: Etsi enim corpore sum absens, Spiritu tamen sum vobiscum, gaudens & videns ordinem vestrum & soliditatem vestræ in Christum fidei. a)

a) Col. 2, 5.

§. 26.

Si itaque sanctus quidam in hoc mundo spiritualiter vel in Spiritu suo, h. e. facultate animæ rationalis (sicut etiam Elisa, qui corde suo Gehasi, lucrum illicitum quærenti obviam ivit) 1); ut & multi alii sancti, corpore licet absentes, in loco tamen aliquo procul remoto præsentes se sistere potuerunt, ita ut, non morante ipsos aliquo ex anima mentali proveniente impedimento, rerum humanarum eorumque hominum, qualitatem, quos vel antea noverunt vel non, neque per totam unquam vitam viderunt, utpote fidem, diligentiam vel torpedinem, persecutionem ob nomen Christi, & quæ sunt similia, per sanam rationem in Spiritu suo observare & dijudicare quiverint; quanto magis eadem gaudeant facultate animæ, ex hoc confuso mentalium affectuum regno liberatæ, & in vitam liberiorem ac æternam transpositæ, ubi jucunda in quiete, refocillatione, ac aliquo coram Deo pretioso & quasi Spiritualiter somniante somno constitutæ sunt, secundum

1) 2. Reg. 5, 26.

dum Prophetam Davidem ita loquentem: Mors sanctorum pretiosa est in oculis Domini 2). Ibi Deus est vita eorum, & quoniam in manu Domini manent, etiam in vita sunt. Hoc ipsum confirmat Salomo, cum sic loquitur: Animæ justorum in manu Dei sunt, in quorum anima & corpore Deus ante habitavit. Paulus enim dicit: An nescitis vos templum Dei esse, & Spiritum Dei habitare in vobis 3). In quibus sanctis, in terra degentibus, omne suum Deus habet beneplacitum 4). Quanto magis, inquam, animæ defunctorum, per inhabitantem & semper operantem Spiritum revelationis, vi & virtute continue & libere ratiocinantis essentiæ ipsarum, sine decessione ex locis ordinatis circumvagent, & Spirituali modo, tanquam in speculo quodam, statum, diligentiam & fidem Ecclesiæ Christianæ, pro qua libenter sese expenderunt 5), sibi ob oculos ponere & contemplari possint.

2) Ps. 116, 15.

3) 1. Cor. 3, 16.

4) Ps. 16, 3.

5) 2 Cor. 12, 15.

§. 27.

Imo, ut membra a capite inseparabilia per vinculum, quo in unum combinata sunt corpus, habent Spirituali modo semper cum sanctis conversationem, ut etiam in hac vita, corpore licet absentes, per Christum nihilominus apud illos fuerunt. Omnino quoque impossibile est, membra Spirituali conjuncta vinculo a Christo, capite suo sanctissimo ita separari posse, ut pro perfectione & alacritate fidei nostræ non semper orarent, ac vi unionis Spiritualis, & familiaris cum Christo conversationis, sua invocatione nobis in afflictionibus auxilio essent, quo nostra abundet gloriatio in Christo Jesu, & nos digne ambulemus, secundum vocatio-

cationem noſtram, in Evangelio Chriſti. Ut itaque Paulus ſcribit ad Philippenſes: Et hoc confiſus novi me manſurum eſſe, & cum vobis omnibus permanſurum, ad veſtrum profectum & gaudium fidei, ut exundet gloriatio veſtra in Chriſto Jeſu de me per meum ad vos reditum: tantum ut dignum eſt vos gerite, ut ſive cum venero & videro vos, ſive abſens audiam de rebus veſtris, & vos perſtare in uno Spiritu, uno animo concertantes ac nos de fide Evangelii a). Sed quomodo apud illos maneret? non niſi ſpiritualiter: Nam ſicut omnes ſancti, per fidem in Chriſtum ac corpus & ſanguinem ejus, cum omnibus omnino fidelibus in uno animo & Spiritu conjuncti ſunt, ita quoque fideles, ut imitatores Chriſti, ab ipſo & ſanctis ejus nunquam ſeparari poſſunt, & hoc quidem propter indiſſolubile & mutuum ſpiritualis corporis Chriſti vinculum, ille enim caput eſt omnium ſpiritualium membrorum, ſive jam in cœlum intraverint, ſive adhuc in terris verſentur, quippe quæ omnia uno Spiritu, licet diverſimode aguntur.

a) Phil. 1, 25. ſeqq.

§. 28.

Hic Spiritus, ut Spirituali modo ſtatum & gaudium cœleſte ſanctis in hoc mundo, Spiritualibus ornatis virtutibus patefacit; ita quoque noſtram fidem, timorem, probitatem, conſtantiam, patientiam & Zelum in rebus Spiritualibus, nec non profectum & augmentum ſanctitatis, converſionem a malis, & unumquemque fere Eccleſiæ Chriſtianæ ſtatum cœlitibus revelat, unde etiam corda eorum, ſicut & noſtra, ineffabili afficiuntur lætitia, quando nempe peccator quidam ſe con-

vertit & pœnitentiam agit; quod ipse Salvator in parabola ovis perditæ hisce docet verbis: similiter gaudium erit in cœlo super uno peccatore resipiscente 1). Paulus scribit ad Corinthios: Ego, inquit, ut absens corpore, præsens autem Spiritu, jam ut præsens judicavi, ut is, qui hoc ita perpetravit, in nomine Domini nostri Jesu Christi, vobis & meo Spiritu congregatis, cum potestate Domini nostri Jesu Christi, tradatur Satanæ &c. 2).

1) Luc. [illegible], 7.

2) 1. Cor. 5, 3. &c.

§. 29.

O quam mirandam fidelium communionem! Paulus corpore quamvis apud Corinthios, Philippenses, Colossenses, Romanos aliosque non fuerit, ipsis tamen Spiritu semper adfuit; quod autem non aliter, ac vi & virtute intellectus per unionem fidei Spiritualem fieri potuit. Nonnulli enim inveniebantur sancti in Ecclesia Corinthiorum, Colossensium & Philippensium, qui, ut vere fideles sibi invicem per preces in animarum salutem unanimiter aderant, quibus iterum alii unanimiter congregati sua assistebant oratione; si quis autem excommunicatione dignus erat, illum quoque uno execrabantur animo, ut ab exemplo nuper allato satis innotescit.

§. 30.

Quoniam igitur sancti in hac vita, & adhuc mentalibus & corporeis circumclusi affectibus non impediti fuerunt, Spiritu fidelibus præsto esse, ipsisque oratione & intercessione in salutem animarum assistere, sicut & illi

& illi eodem modo ab aliis sublevati sunt, & morosos excommunicatione puniverunt; Quanto melius magisque perfecte nunc, omnibus remotis impedimentis, eodem modo, in Spiritu nempe, Christianis auxilium ferre, & Christum, cujus præsentia fruuntur, pro Consortibus suis indesinenter invocare possint.

§. 31.

(Ad hoc confirmandum historias jam sanctorum non allegare, sed unicum tantum ex Historia Machabæorum exemplum proferre lubet, ubi narratur, quod Judas per somnium Jeremiam coram altari stantem ac pro populo Israelitico intercedentem conspexerit 1); si nunc Jeremias pro populo suo oravit, cur ne reliqui sancti id ipsum facerent? Johannes scribit: Et quum accepisset Librum, quatuor Animalia & XXIV. Seniores prociderunt in conspectu Agni, habentes singuli Citharas & Phialas aureas, plenas suffituum, quæ sunt preces sanctorum 2). Quid jam illæ denotant Citharæ? Nihil aliud quam unanimam oblationum Thurearum sive precationum harmoniam, quæ ex Phialis illis aureis, sanctorum animabus, ad Deum ut dulcis ascendit odor; Unde David sic loquitur: Statuatur oratio mea ut suffitus in conspectu tuo) 3).

1) 2. Mac. 15. 14.

2) Apoc. 5. 8.

3) Ps. 141, 2.

§. 32.

In precibus hisce assiduis, liberorum & fratrum suorum Spiritualium neutiquam obliviscuntur; ut Paulus scribit: In Christo Jesu per Evangelium ego vos genui

nui 1), quos licet quidem abſentes ſint, ut præſentes tamen & uno ductos Spiritu ſemper in memoria habent; Paulus enim expreſſis verbis ſcribit: Etſi corpore abſum, Spiritu tamen ſum vobiſcum, gaudens & cernens veſtrum ordinem & ſoliditatem fidei veſtræ in Chriſto. Quod ſufficienter demonſtrat, hoc ipſum Spirituali modo fieri per virtutem animæ rationalis, quæ etiam poſt mortem in animabus ſanctorum remanet, utpote animæ jam pridem in hac vita manifeſta Spiritus ſancti virtute præditæ, quam poſt mortem minime amiſerunt, ſed in eadem potius gloriam Domini retecta facie ceu in ſpeculo intuentur 2), nec non abſentiam adhuc in terris militantium obſervant, pro quibus ſine intermiſſione intercedunt. De hac materia plurimi Eccleſiæ ſcripſerunt Patres.

1) 1. Cor. 4, 15.

2) 2. Cor. 3, 18.

§. 33.

Hinc ſequitur, quod animæ ſanctorum, tam hic, quando in hoc mundo vitam agunt, quam ibi, quo poſt mortem venerunt, Spirituali modo nobiſcum habeant converſationem (ut & nos adhuc in carne viventes donis mentis noſtræ Spiritualiter in cœlis πολίτευμα, ſeu municipium noſtrum habemus) & in memoriam revocent, ſi quid, & quodnam & mundo reliquerunt, ſicut etiam haud immemores ſunt eorum quæ patraverunt, ſive bona ſive mala, quorum recordatione vel in cœlis gaudio exultant, ſi autem adhuc a conſpectu Dei remoti ſunt, mœrore conficiuntur, ſpem tamen foventes, quod lætitia ſint fruituri.

§. 34.

Si autem animæ e contrario nullius rei recordarentur, nullam tenerent notitiam, nihil viderent, nihilque sentirent, quomodo tunc ea ipsa quæ in mundo perpetrarunt scire possent, & sive glorificati sint, sive damnati, ipsis innotesceret? Quum vero homo ille dives in flammis infernalibus facultatem animæ suæ intellectualem non perdiderit, ut potius, secundum Evangelii Parabolam, quinque adhuc viventes se habere fratres in memoriam revocaverit, &, intercedente licet hiatu ingenti, Lazarum tamen videre potuerit, ideoque Abrahamum, ut Lazarum, aqua linguam ejus refrigeraturum mitteret, rogaverit 1); Quidni itaque sancti nobis (qui Spiritualiter & vinculo quodam Spirituali cum illis indissolubiliter consociati sumus, & qui una cum ipsis precationes cordis Deo Patri & Servatori nostro Jesu Christo unanimiter offerimus) subsidio venirent, quando nimirum eorum, utpote oculis nostris Spiritualibus non absentium, Christo autem intime præsentium, ideoque ad illum propiorem habentium aditum, imploramus auxilium; idque eo magis, quo certius constat, eos, ut ipsi consummationem adtingant ardenti desiderio nostrum expectare adventum, & propterea pro fratribus orare & suspiria emittere 2).

1) Luc. 16, 24.

2) Rom. 8, 21.

§. 35.

Si denique justus Abrahamus divitem illum immisericordem, magna quamvis inter illos fuerit distantia, audire & videre potuit, cur ne etiam sancti nos audirent

dirent ac viderent, quum præcipue per communionem Spiritualem unum cor unaque anima cum illis simus, & in una, quando oramus, stemus communione, nec non uno ducamur Spiritu & coram reconciliatore omnium, quæ in cœlis & in terra sunt, Deo & homini Jesu Christo supplicem insinuemus interceſſionem, dignetur nempe omnibus piis suam largiri gratiam, non vero propter delicta nostra nobis irasci, nec secundum justitiam suam nos in judicium adducere, sed nobis condonare & indulgere ac propter charitatem, quam erga nos imbecilles homines fovet, ardentem gratia sua prævenire; ut per eandem ad perfectionem ipsius & communionem sanctorum perveniamus, & cum illis in cœlo, ut vera nostra Patria habitemus, ibique tandem omnes per illum glorificati & lætitia affecti, coronam quam omnibus patienter crucem portantibus ac justis ex mera gratia largiri decrevit, reportemus. Ut hac de re ita scribit Paulus: Certamen bonum decertavi, cursum peregi, fidem servavi, quod superest, reposita est mihi justitiæ corona, quam reddet mihi in illo die Dominus, justus ille judex; non solum autem mihi, sed & omnibus, qui amant ejus apparitionem. a).

a) 2. Tim. 4, 7. vid. etiam 1, Pet. 5, 4.

CAP.

CAP. IV.
Qui in Domino obdormiunt & de Mortuis.

§. 1.

DE mortuis, qui, vel ante vel post adventum Christi in carnem, vitam cum morte commutarunt, sive fuerunt fideles sive increduli, hoc in genere statuimus.

§. 2.

Duo in genere sunt loca, Paradisus nempe & infernus: sicut autem in domo illa Patris multæ inveniuntur mansiones vel varii beatitudinis admittuntur gradus 1); Ut Dominus & Servator noster parabola ex dispensatore sumta hoc ipsum nos docet, ubi dicit: Facite vobis amicos ex Mamona injusto, ut quum defeceritis, in æterna vos tabernacula recipiant 2). Et paulo inferius: Dives Lazarum in sinu Abrahami videbat 3). Justorum animæ in manu Dei sunt 4). David dicit: Coram Domino ambulare volo in regione viventium 5); & iterum: In gloria sanctorum tuorum 6). Nec non Salomo: Rex me in suum introduxit

1) Joh. 14, 2. Ps. 84, 4.
2) Luc. 16, 9.
3) Ibid. v. 23.
4) Sap. 3, 1.
5) Ps. 116, 9.
6) Ps. 110, 3.

xit conclave 7). Rursus David: Beatus, quem eligis, & tua inhabitaturum atria admoves 8). Paulus cum varios & a se invicem differentes cœlestis gaudii gradus demonstrare vult, sic scribit: Alius decor solis, & alius decor lunæ, & alius decor stellarum: Stella enim stellæ præstat decore 9). Ita quoque varii & distincti dantur gradus in inferno, domo & regno illo Diaboli, qui, secundum hoc servatoris adversus Pharisæos effatum: Vos ex patre Diabolo estis & cupiditates patris vestri vultis exequi 10), pater est infidelium, nec non Christianorum, qui adhuc non egerunt pœnitentiam.

7) Cant. 1, 4.
8) Ps. 65, 5.
9) 1. Cor. 15, 41.
10) Joh. 8, 44. 1. Joh. 3, 8.

§. 3.

Communiter vero & in genere tractus & locus ille, in infimis terræ partibus situs, qui caliginosus est & tenebrarum plenus, inferni nomine venit; Quapropter etiam tenebræ & umbra mortis appellatur; sic quoque David, sua & Christi morte spiritu præviſa prophetico, de sepultura & descensu dicit: Posuerunt me in spelunca, in tenebris & in umbra mortis 1). Paulus in Christi tam ascensionis quam descensus confirmationem ita loquitur: Illud autem quod ascendit, quid est, nisi quod etiam descenderat prius in infimas terræ partes 2)? Esaias scribit: Sepulcrum inferni commotum est tua causa ad occurrendum advenienti tibi 3). Plura ejusmodi, quæ in sacra Scriptura occurrunt, testimonia jam silentio præterimus.

1) Ps. 88, 7. sec. græc.
2) Eph. 4, 9.
3) Es. 14, 19.

§. 4.

De animabus vero infidelium & inconversorum ait

ait David: Ut oves jacent in inferno & mors eas rodit 1), & alibi: Aget exactorem mors, invadens eos, descendent in sepulcrum vivi 2); & iterum: Jacent in sepulcro confossi, quorum non recordaris amplius, quia manu tua excisi sunt 3).

1) Ps. 49, 15.
2) Ps. 55, 16.
3) Ps. 88, 6.

§. 5.

Ut jam ex allatis dictis, aliquam dari graduum differentiam tam cœlestium quam infernalium Mansionum clare & oppido manifestum sit, a scopo utique aberrare ne videamur, si differentes illos gradus, ut in scripturis occurrunt, heic recensemus.

1. Infernus: Idcircirco dilatavit se ipsum infernus, suasque sine mensura expandit fauces 1).
1) Es. 5, 14.

2. Abyssus: Conjecit eum in Abyssum, quam oclusit, & obsignavit super illum 2).
2) Apoc. 20, 3.

3. Puteus Abyssi: Vidi Stellam e cœlo cecidisse in terram, & data est ei (clangenti nempe Angelo) clavis putei abyssi, & ille aperuit puteum abyssi &c. 3).
3) Apoc. 9, 1. 2. Ps. 55, 26.

4. Gehenna: Expedit tibi, ut potius mutilus & luscus intres regnum Dei, quam, duas habeas manus, duosque oculos, & in gehennam projiciaris 4).
4) Marc. 9, 43-47. Matth. 5, 29.

5. Fornax ignea: Mittent eos in fornacem ignis, ubi fletus erit & stridor dentium 5).
5) Matth. 13, 42. cap. 24, 51.

6. Stagnum ardens: Vivi conjecti sunt in stagnum ignis, sulphure ardens 6).

6) Apoc. 19, 20.

7. Fluvius ignis: A cujus conspectu fluvius ignis manabat prodiens 7).

7) Dan. 7, 10.

§. 6.

Leviores gradus sunt sequentes:

1. Carcer vel custodia captivorum: Et Judex tradat te exactori, exactor vero in carcerem te conjiciat 1).

1) Luc. 12, 58. Matth. 5, 25.

2. Extremæ tenebræ: Filii vero Regni in extremas ejicientur tenebras 2).

2) Matth. 8, 12.

3. Catenæ Tartari: Deus Angelis, qui peccarunt, non pepercit, sed in tartarum detrusos catenis caliginis damnationi servandos 3).

3) 2. Petr. 2, 4. Job. 40, 18.

4. Domus & conclave mortis: Domus ejus viæ infernales, descendentes in conclave mortis 4).

4) Prov. 7, 27.

5. Mansiones inferni: In terra mansiones sunt inferni, matrici similes 5).

5) 4. Esr. 4, 41.

6. Sepulcrum inferni: Verbo altissimi unum excitasti mortuum, & ab inferno (sepulcri) reduxisti 6).

6) Syr. 48, 5.

7. Cisternæ exsiccatæ: Per sanguinem fœderis tui, tuos emisisti vinctos e cisterna, in qua nullæ sunt aquæ 7).

7) Zach. 9, 11.

§. 7.

§. 7.

Nonnullæ quidem harum manſionum denominationes æquipollentes ſunt ſeu ſynonyma, eandemque habent ſignificationem; aliæ autem ſunt differentes, aliaque a ſe invicem diſtincta ſignificant receptacula, quæ quidem omnia in inferno inveniuntur, ratione tamen qualitatis, uti dictum eſt aliquam inter ſe habent differentiam.

§. 8.

Ante ſepulturam Chriſti infernus, cum omnibus ſuis manſionibus, quoniam adhuc apertus erat, plenam & haud limitatam vim exercebat & poteſtatem. Quapropter etiam Diabolus, ſecundum magnam illam, qua pollebat, potentiam, per orbem terrarum liberrime divagans homines ſeducebat, idque tanta protervitate ut ne quidem ſanctorum ac juſtorum animæ ab agreſſione iſtius tutæ fuerint, ſicut etiam, licet damnoſo ſine effectu, in juſtum Jobum ſuas tentavit vires.

§. 9.

In loca illa quorum fecimus mentionem inferni primaria, ſeu graviores ejus gradus, ex voluntate Dei, animas impiorum & ſumme infidelium pervenire exiſtimo, ſi vel Chriſtiani, vel ethnici nominentur, utpote nimirum qui admonitionibus, ut bonum agnoſcerent & exercerent, a malo vero abhorrerent, nullum reliquerunt locum, ſed totam diem injuſtitiæ operati ſunt, in

quorum oculis nullus Dei fuit timor 1); quoniam impiam illam foverunt opinionem, quod nempe Deus pietatem gratuitis non præmiis remuneratus fuerit: Qui in cogitationibus suis adversus justum & paupertate pressum malitiæ student, ipsumque, ut antea Prophetas persequuti sunt & occiderunt, vita privare ac omnino extirpare satagunt 2): Quorum manus sanguine pollutæ sunt, & digiti eorum ad extremam usque mortis horam, peccatis coinquinati: Qui fœdus quasi cum inferno sanxerunt, ipsumque consuluerunt, ut ejus se traderent faucibus, sicut Pharao, Nebucadanozor & Cain, qui vivi cum anima & corpore in infernum descenderunt; de hominibus in deploranda ejusmodi conditione constitutis ita loquitur Propheta orans: Aget exactorem mors, invadens eos, descendent in infernum vivi 3). Propterea etiam illi ipsi ob peccata, quæ committunt quotidie, incurabilia, & ante & post judicium, secundum voluntatem Dei summe justam, ut ipsius hostes æternæ perniciei & damnationi destinati sunt, quippe qui morose divinæ restiterunt gratiæ. David dicit: Hostes Domini, amœni instar prati licet virescant, cito tamen, ut fumus evanescit, peribunt 4), & depluet super improbos prunas, ignem & sulphur, ventusque procellosissimus portio calicis eorum futurus est 5).

1) Ps. 36, 1. Ps. 14, 1.

2) Ps. 37, 12, 14, 32. Matth. 5, 12.

3) Ps. 55, 16.

4) Ps. 37, 20.

5) Ps. 11, 6.

§. 10.

Patres præterea, Prophetas, aliosque deditos pietati viros in leviores illas, quæ suos etiam admittunt gradus, mansiones introductos esse & adhuc introducendos, opinor, sive sint Judæi (qui ex infirmitate in divinæ & Spiritualis legis præceptis non perfecte ambularunt,

bularunt, in venturum tamen servatorem credentes per illum sperarunt liberationem) sive Ethnici Græci vel alii, qui erronea licet fides tenebris ipsos obscuraverit, per testimonium veruntamen, illis in ipsa natura insitum, & secundum naturalem illam revelationem, honestam sordibus immunem, justam Deoque placitam peragere vitam commoti fuerunt 1), qui etiam, ex contemplatione creaturarum, Deum, ut summum, omnesque supereminentem Deos agnoverunt, quem itaque venerati fuerunt, & ab illo suorum remunerationem operum ac beatiorem expectarunt vitam. Quod ipsum de Turcica quoque gente, & prole Agaris, dicere convenit. Et huic sententiæ Paulus in S. Scriptura suo astipulatur testimonio, dicens: Nam, quum gentes, quæ legem non habent, natura, quæ legis sunt, faciant, isti legem non habentes, sibi ipsis sunt Lex: Ut qui ostendant opus legis scriptum in cordibus suis, una testimonium reddente ipsorum conscientia, & cogitationibus sese mutuo accusantibus vel etiam defendentibus 2).

1) Act. 17, 23.

2) Rom. 2, 14, 15.

§. 11.

Quod varii autem ethnici Deum etsi non recte agnoverunt, in timore tamen ipsius justam, piam virtutibusque ornatam degerint vitam, ex adferendis rationibus, pariter ac Sancti Petri testimonio, quod juramento confirmavit, manifestum erit; ille vero dicit: vere deprehendo Deum non respicere ad personam; sed in quavis gente acceptum ei esse quemvis, qui eum timeat & operam det justitiæ 1). Illud ipsum exemplum quoque testatur Centurionis Cornelii 2), Matris & Aviæ Timothei 3), & Lydiæ 4), nec non plurimo-

1) Act. 10, 34 35.
2) Ibid. sege.
3) Act. 17, 34.
4) Act. 16, 14.

rum natione græcorum, & quidem ex illis præstantissimorum, exempla, qui verbum Dei omni exceperunt alacritate, ut hac de re ita memorat Lucas: Crediderunt ex eis multi, & græcarum mulierum honestarum & virorum non pauci 5).

5) Act. 17, 12.

§. 12.

Hoc etiam ex scriptis eorum moralibus satis superque patet: sapientissimi enim illorum virtute & efficacia radii vel scintillulæ ex naturali quadam, ne dicam divina relatione emicantis, ita sæpius theologice loquuti sunt, & ejusmodi invenerunt principia, quæ Scholastici sacris instructi literis postea retinuerunt. Athenagoras dicit: Deus est ab æterno summa existens Mens, & in se ipso æternæ sermonem Sapientiæ habuit. Plato profitetur: Verbum Dei primogenitum habemus, quod est imago Dei, & verbum maxime divinum. Stagyrites de litera A, seu cœlesti principio ita loquitur: Tria in uno, & unum in tribus. Et qui cum Pythagora numerum ternarium omnium rerum esse centrum statuerunt, omnium perfectionem in isto consistere numero dixerunt. Aristoteles in sua Metaphysica Deum appellat Mentem, verbum & voluntatem. Quod itaque ethnici in divina sæpe essentia profundam habuerunt speculationem ex 2. Chronic. Lib. cap. 35. haud obscure quoque probandum est, ubi Pharao Necho se non tantum Dei accepisse mandatum, sed ejus etiam auxilium habere expectandum ipse testatur; Unde de illo ipso haudquaquam immerito dici potest, quod non tantum ex facultate naturali, ut potius impulsu aliquo divino Deo obtemperaverit, utpote per quem Deus Regi Josiæ interitum annunciare curavit.

§. 13.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0345
DFG

§. 13.

Chaldæos insuper Tria, ad designandam Trinitatem, Deo semper sacrificasse, sacra nos pagina docet, eundem in modum, ac tres illi, majori præditi Lumine, Magi Aurum, Thus & Myrrham Christo obtulerunt a); Ægyptii vero arboribus floribus, nec non animalibus in suis usi sunt sacrificiis; plura de hac re, quæ nobis in sacris literis obvia sunt ut taceamus. Ex præstantissimis Ethnicorum Vaticiniis haurire possumus, quantum ipsis Dei præscientia, per sanctas illas, ut ita loqui liceat, Sybillas apperuit & revelavit.

a) Ps. 72, 10. Es. 60, 6. Matth. 2, 11.

§. 14.

De hisce jam omnibus duo, quod illi quidem in ejusmodi mansionibus, quæ, ut convenientes, fidei vitæque ipsorum virtuosæ gradui respondebant, detenti fuerint, ibique debitam quoque in conscientiis suis, ob divinæ privationem contemplationis, subiverint castigationem, & anxietatem, idque vel propter adamitica & natura inhærentia, vel etiam patrata ex proposito peccata, aliasque Deo solum cognitas infirmitates: vel, ut rem magis proprie exprimam; quoniam determinatum & propositum nondum impletum erat tempus, nec Paradisus apertus, neque inimicitia inter terrestria (naturam puta humanam) & cælestia adhuc deleta b); quippe quæ antea non cessare poterat, usque dum veniret tempus ultimum solvendi quadrantem tam pro originali quam actualibus omnium vel ante vel post viventium & morientium peccatis, quo nimirum tempore,

b) Eph. 2, 14. Col. 1, 20.

pore, per sanguinem innocentis & ad hoc redemptionis opus perficiendum prædestinati agni, peccata tollerentur, & æterna justitia, passione & morte ipsius, omnibus tam vita functis quam illam adhuc agentibus esset promerenda.

§. 15.

Neque statim justorum animæ, & antequam sanctissima Servatoris nostri Jesu Christi, ut secundi Adami, anima sua ingressione introitum paravit, in Paradisum venerunt; ille enim adhuc erat occlusus, & custodia quadam servatus; ita namque scriptum est: Et expulit ille Adamum, ut terram coleret, instituitque ab anteriore horti Eden parte Cherubim, cum gladio quodam flammifero, ad custodiendum viam, quæ ferebat ad arborem vitæ c).

c) Gen. 3, 24.

§. 16.

Et ad sanctam Dei voluntatem licet suam instituerint vitam, inque venturum crediderint Messiam, fidem tamen in Spe solummodo habuerunt, quod scilicet plena peccati Adamitici liberatio tum primum per advenientem fieret mediatorem, pariter ac hodierni adhuc Judæi illud ipsum credunt. Et ut in tantum peccati, cujus fecimus mentionem, participes fuerunt, ita Paradisum vel promissum cœlorum regnum nondum intrare potuerunt; expresse enim dicit Scriptura: Omnes peccarunt divinaque, quam habere deberent, ipsos deficit gloria 1). Et eapropter promissam a Deo hæreditatem adhuc obtinere non valuerunt; plurimi enim

1) Rom. 3, 23. cap. 5, 12.

enim Reges & Prophetæ cupiverunt videre, quæ nos videmus, & non viderunt, & audire quæ nos audimus, nec audiverunt 2). Hæc itaque dies est adventus, liberationis, donorum, & introitus in Paradisum; Quapropter etiam Propheta multorum nomine exclamat: Ipse adveniet, auxilium nobis laturus 3). Et David: Penes Te est fons vitæ, & in luce tua fruamur luce 4).

2) Luc. 10, 24. Matth. 13, 17.

3) Es. 35, 4.
4) Ps. 36, 10. Ps. 33, 20. Ps. 16, 9.

§. 17.

Et sicut per unum illum primum creatum Adamum humana natura debilitata est & corrupta, ac ille per prævaricationem in contumacia suam amisit sanctitatem & innocentiam, ideoque ex Paradiso ita ejectus est, ut propria, aliorumque sanctorum & Prophetarum facultate & auxilio se in priorem erigere statum, cum Deo in unionem redire regnoque cœlorum potiri ipsi plane impossibile fuerit: Fratrem enim redimere frater non valet, neque Deo quendam reconciliare, seu animarum facere liberationem 1). Pro justo quisquam vix moriatur, pro bono forsitan aliquis mori sustineat 2). Non senior, neque Angelus sed ipse Dominus servabit eos 3); Ita quoque per virtutem & obedientiam unius e novo conditi hominis, ut secundi Adami, qui simul Deus est, & per ambarum in ipso naturarum unionem sanctitas, Justitia, Renovatio, Reconciliatio, erectio & introitus in Paradisum humano generi primum recuperari necesse fuit.

1) Ps. 49.

2) Rom. 5, 7.
3) Es. 63, 9. sec. græc.

§. 18.

Et ut ille prima fuit causa, qua omnes peccaverunt & morti consequenter exstiterunt obnoxii; ita etiam huic omnium hominum salus primam suam debet originem, omnesque e mortuis excitatos per illum

Paradiſum intrare oportuit. Ille namque cauſa eſt transgreſſionis, Hic obedientiæ; Ille lapſus, Hic reſtaurationis; Ille iræ adverſus Creatorem, Hic Charitatis erga creaturam; Ille vitæ cum morte commutatæ, hic vitæ immortalitate gaudentis contra mortem; Ille primæ e Paradiſo expulſionis, Hic introitus in æternam vitam. Et ſicut Ille, per peccatum, naturam, antea ab omni puram labe & inſontem, primo ceu peccaminoſam ex Paradiſo ejecit; ita Hic, qui nullum novit peccatum, infectam jam peccatorum veneno naturam peccatis liberavit, & in Paradiſum reduxit. Per illum porro Cain primus ille homicida in infernum Diabolo traditus eſt; per Hunc vero primus latro & homicida, Deo in manus reſtitutus, Paradiſum intravit; ita enim loquitur Servator: Amen, dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo 1). Illius lapſus viventibus mortem acceleravit; Hujus vero reſurrectio mortuis vitam reſtituit 2). Per illius peccatum mors, per hujus innocentiam vita regnavit 3). Et ut Ille omnis mali fuit cauſa, in cujus quippe corpore dominium habuit peccatum; ita quoque Hic omnis boni fons eſt & origo, in cujus utpote corpore peccata iterum deleta ſunt & extirpata 4).

1) Luc. 23, 44.

2) Gen. 2, 17. 1. Cor. 15, 21.

3) Rom. 5, 17, 21.

4) Rom. 8, 2.

§. 19.

Et cum ante incarnationem Chriſti corpus peccati a ſervitute nondum ceſſaverit peccati 1); Neque violentia mortis, & potentia ejus, penes quem robur eſt mortis, in corpore Servatoris, fracta fuerit & aboleta 2); humanæ utique naturæ, Paradiſum intrare, omnino fuit impoſſibile: Chriſtus enim nondum ſuperavit Diabolum, nec regnum peccati peſſum preſſit, ejusque enervatas in corpore ſuo vires cruci affixit: ſic quoque deperditum non adhuc erat vivificatum, humana

1) Rom. 6, 6.

2) 2. Tim. 1, 10. Hebr. 2, 14.

mana natura in ſanitatem non reſtituta, terreſtria cœleſtibus non reconciliata, aſpera & confragoſa via non adæquata & in planitiem redacta, non Draco interfectus, non vincula forti injecta neque poteſtate ejus ſubjectus homo in libertatem vindicatus, nec manſiones adhuc paratæ, nec Paradiſus apertus, nec denique perfecta Dei Charitas hominibus manifeſtata.

§. 20.

Et licet, per fidem in Chriſtum, æquali in Patribus virtute & efficacia, ac in nobis, divina operata ſit promiſſio; haudquaquam tamen fieri potuit, ut aliquis ipſam cœleſtem obtineret promiſſionem, ita ut promiſſione de adventu Meſſiæ ceu præſente & re ipſa frui potuiſſet, antequam divinitas, unionis vinculo, humanæ alligata eſſet naturæ, eamque ſibi indueret, utpote in qua regnum primi peccati iterum deſolaretur, ejusque ſubjugata foret poteſtas, per cujus quoque virtutem, perfectiſſimamque ſanctitatem, diabolicum illud corruptarum cupiditatum & fluctuantium affectuum regnum: quod dominium in eos etiam exercebat, qui non peccaverunt ad ſimilitudinem transgreſſionis Adami, qui eſt typus illius venturi, nempe Chriſti) a): omnino proſtratum peſſundaretur.

a) Rom. 5, 14. cap. 6, 23.

§. 21.

Et ſicut per humanam naturam peccatum in omnes propagatum eſt homines, & per peccatum mors; ita per Chriſtum, ſive unionem in illo naturarum, divinæ nimirum & humanæ, juſtitia in omnes redundavit homines, & vita iterum introduci oportuit.

§. 22.

Impleto jam, uti dictum eſt, tempore, quo e terra (h. e. ex humana natura) veritas eluceſcere inci-

piebat, justitia de cœlo appropinquabat, misericordia & veritas inter se occurrebant, nec non justitia & pax osculabantur se 1), descendit Dominus & Servator noster, JesusChristus, cœlos inclinando, instar roris in herbas cadentis, & guttularum super fruges labentium, in uterum ab æterno hinc ipsi prædestinatæ puræque virginis Mariæ, in qua, ex Spiritu sancto conceptus, humanæ & peccatis coinquinatæ naturæ carnem & sanguinem assumsit, & particeps factus est affectuum, quos sanctitate imbueret; & ita nostra præditus est carnali natura, quam ex semine suscepit Abrahami, secundum divinam hanc, in Scriptura sacra jurejurando firmatam promissionem: Juravit Dominus Davidi veritatem, a qua se non avertet: De fructu ventris tui, ponam in solio tuo 2); Quapropter etiam illum, nos fratres nuncupare, non pudet, qui, propter & per hanc assumtam sibi naturam, primum justiria factus est, mortemque, per quam intergerinum diruit parietem 3), gustavit, inimicitiam extinxit & delevit, ambas naturas, suam nempe divinam, nostramque humanam, in unum conjunxit, eum, penes quem potestas est mortis in homines, nimirum Diabolum, devicit & prostravit, & ita eos, qui in carcere umbræ mortis, & Spelunca, aqua carente, vincti tenebantur, per amorem, qui apparuit, Divini luminis illustravit splendore 4) ac Evangelium illis qui in longinquo, æque ac his qui in propinquo erant, annunciavit 5; Et David ita e Spiritu scribit Prophetico: Piis Lux oritur in tenebris 6), Lux emicuit justis, & ætas nostra e tua illuminata est facie 7), in remissionem peccatorum, per intimam Dei nostri misericordiam, qua ille, qui prodit ex alto, nos invisit; ut appareat iis, qui in tenebris & umbra mortis positi sunt & dirigat pedes nostros in viam pacis 8).

1) Pf. 85, 11. 12. sec. græc.

2) Pf. 132, 11. Gen. 22. Luc. 1.

3) Eph. 2, 14.

4) Luc. 1, 79.

5) Eph. 2, 17.

6) Pf. 112, 4.

7) Pf. 90, 8. sec. græc.

8) Luc. 1, 77. seqq.

Quod

Quod etiam his verbis ipſe teſtatur Salvator: Amen, Amen dico vobis, advenit hora, & nunc eſt, quum mortui audient vocem Filii Dei; & qui audierint, vivent 9). Et Petrus: Idcirco mortuis quoque evangelizatum eſt; ut judicarentur, ceu homines in carne, Spiritu autem Deo viverent 10), etiam illis, qui non obedierunt, quum ſemel exſpectabat Deus & patientiam habebat in diebus Noe 11); & Paulus: Per ipſum utrique habemus aditum ad Patrem in uno Spiritu 12). Et David: Lætificabis me facie tua, & non derelinques meam in inferno animam, nec ſanctum tuum trades, ut videat corruptionem 13), quod non tantum de Chriſto, ſed etiam de omnibus ſanctis ac juſtis eſt intelligendum, ſecundum hoc dictum Davidicum: Pater meus & mater mea derelinquunt me, ſed Dominus recipiet me, Dominus animam ex inferno meam liberavit 14): alias enim per ſanguinem fœderis ſui vinctos ſuos e ciſterna, in qua nullæ ſunt aquæ 15), & e tenebris umbraque mortis, emittere non potuiſſet, nec egentem & pauperem, cui non fuerit Adjutor, eripere 16), nec denique liberatorem agere juſtorum, eorumque opitulatorem tempore anguſtiæ 17). Quod dictum de vitæ hujus non modo anguſtiis, quæ nihilipendendæ, ſed etiam, & quidem primario de illis, quæ, finita hac vita, ſequuntur, intelligendum eſt, ſecundum hoc Davidis: An in ſecula repellat Dominus? nullamque ulterius præſtet gratiam? an omnino finita ſit benignitas ejus 18)? & ſequens: Atqui Deus Rex noſter eſt, operans ſalutem in medio terræ 19), & Spes eſt omnium, qui in terra vivunt 20), cujus deſiderio omnes tenebantur ſancti, qui ſeſe ipſe dedit pro omnibus & unus factus eſt Mediator Dei & hominum, homo nempe Chriſtus Jeſus 21), qui primum in Paradiſum introivit, & majores promeritus eſt pro-

9) Joh. 5, 25.
10) 1. Petr. 4, 6.
11) Ibid. 3, 20.
12) Eph. 2, 18.
13) Pſ. 16, 10.
14) Pſ. 27, 10. Pſ. 49, 16.
15) Zach. 9, 11.
16) Pſ. 72, 12.
17) Pſ. 37, 39. Pſ. 77, 7.
18) Pſ. 77, 8.
19) Pſ. 74, 12.
20) Pſ. 65, 6.
21) 1. Tim. 2, 5. 6.

missiones, suaque exaltata humana natura ad dextram Patris sedet, qui etiam cum, in, & per se in Paradisum introduxit sanctos; ut ipse Apostolis dicit: Et ego, quum sublatus fuero e terra, omnes traham ad me ipsum 22); Cui adstipulatur David, vis ne, inquit, nos refocillare, ut tuus in te lætetur populus 23)? & Paulus: Ascendens in sublime captivam duxit captivitatem & dedit dona hominibus 24), h. e. suscitatis cum ipso statim promissa regni cœlorum bona, adhuc vero viventibus spiritualia largitus est dona 25), donec etiam illi cœlestium tandem bonorum participes facti sunt, quæ, omnibus apprecanda, nos quoque obtinere speramus 26).

22) Joh. 12, 32.
23) Ps. 85, 7.
24) Eph. 4, 8. Ps. 68, 19.
25) Act. 2, 39. Luc. 24, 49.
26) Gal. 3, 14.

§. 23.

Præcognito enim, vi præscientiæ divinæ, lapsu hominis, Deus, ab ipsis mundi primordiis, in illo & per illum, incomprehensibili suo consilio & arbitrio decrevit, ut impleto jam tempore (quod Paulus hisce testatur: Cum autem venerit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, natum ex muliere, factum legi subjectum, ut eos qui legi subjecti erant, redimeret, ut filialem acciperemus adoptionem 1), omniaque tum quæ in cœlis sunt, tum quæ in terra, per Christum renovarentur &c.) 2): ipse primus & caput omnium in omnibus existeret, ac in ipso omnes & omnia essent perfecta, utpote qui caput est mystici sanctorum principatuum & potestatum corporis, sine quo capite membra haudquaquam intrare poterant Paradisum: Juravit namque Abrahamo & Davidi, quod eorum ex semine omnium animarum Servator esset oriundus, omnesque gentes in illo eorum semine benedictione potirentur; ita tamen, ut ipsi promissionem ante non obtinerent, & perfecti vel consumati existerent, quam nos quoque ejusdem participes fieremus, quoniam

1) Gal. 4, 4. 5.
2) Eph. 1, 10.

niam de nobis Deus melius quicquid providerat, ne absque nobis consumarentur 3).

3) Hebr. 11, 39. 40.

§. 24.

Si enim separatæ a corporibus justorum animæ regnum protinus cœleste ingrederentur, & in conspectu invisibilis Essentiæ, faciem ejus visuri comparerent, antequam sanctissima Servatoris nostri, ut secundi Adami anima, in illud ipsum venerat, qua, quæso, ratione, non tantum ante Christum Prophetæ, sed & ipse Christus, ejusque discipuli (qui, ut unam acquirerent animam, eamque in regnum cœlorum introducerent, cœlesti Patri in manus traderent, omnem, qua fieri potuit, curam adhibuerunt & diligentiam) facultatem haberent & potestatem, eandem e sanctissimis ejus iterum manibus eripere, & e Paradiso, cœlesti illa patria educere, beata nempe quiete, intuitu divino, immortalitate omnium molestiarum prorsus libera, nec non gaudii plena sanctorum cohabitatione privare, & in caducam, miseriis obnoxiam corruptamque, hujus cito transientis patriæ, vitam transponere, eosque inanis gloriæ, calamitatis, adhuc semel oppetendæ mortis, captivitatis, luctus, affectuum, carnalis luctationis, gemitus, persecutionis, laboris & molestiarum manciparet servituti, quæ tamen omnia in fastidio habuerunt ipsi & abhorruerunt, & propterea, ut ex illis liberationem obtinerent, precibus solicitarunt; magnane hæc foret injustitia adversus sanctorum animas? neutiquam vero concessa potestas, quin potius impudentissima adversus Deum Patrem esset audacia, quod scilicet sanctorum animas ex potentissimis ejus manibus retrahere, & mundi vitæque hujus lubricæ iterum exponere vellet periculis: Imo certissime; & credo omnino, quod hoc ipsum, non

modo

modo divinæ plane adversaretur voluntati, injusteque actum esset adversus sanctos, verum etiam ipsi humanæ reclamaret rationi.

§. 25.

Et qualis quidem ille filius dilectus & fidelis? aut quales illi Domini eorum servi essent fidi & sinceri, qui summa cum protervitate & impudentia ex potentissimis Domini & regis eorum manibus dilectum & adoptatum filium ejus eripiendi, ipsum e præsentia infallibilium ejus oculorum, e spirituali & sponsali lecto, nec non e Palatio foras abducendi, eundemque, in vincula & locum anxietatis plenum detrusum, ærumnis, sudori, gemitibus & castigationibus subjiciendi haberent potestatem; Et quomodo filius ejus unigenitus & dilectus, nec non Ministri ejus in illa actione, & si ita se gererent, legitimus filius ac fideles verique Ministri ulterius appellari possent? minime, nullaque ratione; sed potius, ut hostes & apostatas, eos ipse judicaret Dominus, omnesque alii censerent.

§. 26.

Hoc jam in veritate ita se habente, sequitur, officium & obligationem Prophetarum, Christi, ejusque discipulorum non fuisse, ut ex manibus Dei sanctorum eriperent animas, quod, ut credamus, procul a nobis absit.

§. 27.

Quoniam itaque omnium justorum animæ in levioribus inferni gradibus detentæ ibique divina sub tutela custoditæ sunt, ut in locis obscuris ac caliginosis, & cisternis, in quibus, secundum Zachariæ Prophetæ effatum, nullæ erant aquæ, neque adhuc re ipsa sed tantum in spe adventuri Servatoris faciem viderunt, desiderio liberationem exspectantes per rorem gratiæ, ipsum-

ipsumque per Filium, & per Spiritum illuminationem in adventu Christi, quippe qui destinatus erat, ut eas in libertatem vindicaret, ut in ipsius sanguine reconciliatæ & innocentes existerent, &, sublato de iis primorum parentum peccato, una cum Christo & in ipsius resurrectione resurgerent, ut sacer quidam vates hac de re Spiritu Prophetico ita scribit: In sepulcro ejus mortui facti erunt redivivi. Et Christus de se ipso: Claves mortis habeo & inferni 1). Hoseas dicit: Curabit nos post biduum, tertia die resurgemus, ut coram ipso vita fruamur 2). Et Esaias: Mortui, qui in sepulcris sunt, resurgent, & sub terra jacentes lætabuntur, ros enim a te veniens illos restituet vivos 3). Et David: ut ros Hermonis, & qui descendit super montem Zionis; ibi enim Dominus benedictionem pollicetur usque in seculum 4). Montes hic significant pios & sanctos; Zion autem Ecclesiam. Alibi iterum dicit: Mittens verbum suum curavit ipsos & liberavit a foveis ipsorum 5).

1) Apoc. 1, 18.

2) Hos. 6, 2. sec. græc.

3) Es. 29, 19. sec. græc.

4) Ps. 133, 3.

5) Ps. 107, 20.

§. 28.

Circa dicta superius allegata notandum est, quod præpositio ἐν, quando Dativo juncta est, non super, sed sub terra, aut sub loco aliquo, denotat; Unde itaque colligendum, sanctorum animas ibi quoque, ceu custodia quadam, detentas, & ad regnum cœlorum reservatas fuisse; & ita Prophetæ, ipse Christus, ejusque postea Apostoli, vi & virtute divinæ incarnationis, e custodiæ seu minorum infernalium graduum vinculis easdem eduxerunt 1), nullatenus autem manibus Dei & ex Paradiso eripuerunt, quemadmodum quoque illæ regni cœlorum nondum fruitæ sunt gloria, neque Dei Patris & incarnati Salvatoris nostri Jesu Christi faciem, glorificata in cœ-

1) Syr. 48, 5. 3 Reg. 17, 20. &c. 4 Reg. 4, 36. Act. 9, 40. Marc. 5, 41. Joh. 8, 55.

lo facie, viderunt, antequam ſanctiſſima, & cum Divinitate unita, ejus anima primum & præ omnibus ſanctis ac Prophetis, qui illam quaſi juvenes, virgines & filiæ animarum Reginæ, nempe Chriſti, ut Eccleſiæ in cœleſti introitu Matrem ſequerentur, cœlorum intraverat regnum, ſecundum regis & Prophetæ Davidis effatum: Virgines, poſt eam, amicæ ejus, adducuntur ad Te, transportantur ſumma cum lætitia & exultatione, gaudioque affectæ regis ingrediuntur palatium 2). Illæ ipſæ detinebantur jam, inquam, in levioribus inferni gradibus, ubi liberatio earum per fidem ipſis erat certiſſima, præcipue vero illis, quæ firma in ſpe & fiducia a corporibus diſceſſerunt, quæque cum Davide & Jeremia ſine dubio gemiſcentes orarunt: ſit benignitas, Domine, tua ſuper nos, prout in Te ſperamus 3): Libera nos propter gloriam nominis tui; Domini me deſiderium tenet, mea expectat anima & in verbo ejus Spem habeo collocatam 4): Tuum invoco nomen, Domine, e fovea inferiore, vocemque meam exaudiviſti: ne tuam occultes aurem ad reſpirationem & vociferationem meam 5). Quod dictum de gemitu quoque ab imis edito cordis receſſibus accipiendum eſt, ſicut David ita orat, cum dicit: Ex profunditatibus, Domine, Te inclamo 6), quousque mei plane obliviſceris? ſurge Domine, & ne a ſervo tuo faciem avertas tuam, mœrore enim langveo valde, feſtina & exaudi me, ad meam appropinquans animam, attolle manum tuam; ne obliviſcaris miſeria preſſorum, verte Te, Domine, ad me, & educ meam e carcere vitam, ut gratiarum actione tuum celebrem nomen, hora enim adeſt, tempus propinquat, ut eorum miſererearis 7). Namque nos, qui in Te ſperamus, tuamque expectamus liberationem, tam ante quam poſt obitum noſtrum, Te nobis ſive in abyſſo, ſive in infimis terræ

2) Pſ. 45, 15. 16.

3) Pſ. 33, 22.

4) Pſ. 130, 5.

5) Thren. 3, 55. 56.

6) Pſ. 130, 1.

7) Pſ. 13. leg. Pſ. 6, 9. Pſ. 38, 23. Pſ. 80, 12. Pſ. 142, 8.

terræ partibus versantibus prope adesse, persuasissimum habemus, nullique nos amplius morti obnoxios esse, instar illorum, qui cum corpore & anima, spe orbati, diem obeunt supremum, &, quoniam tuam non expectant misericordiam, perditioni relinquuntur 8): Tui recordamur nominis, quando tranquillæ quieti, ut diuturno cuidam traditi sumus somno, illud ipsum veneramur & laudibus celebramus gloriamque magis ac magis evehimus; nostræ enim animæ in spe vivunt, & Tu nostrum es robur, secundum hoc dictum: Ego vero jugiter in expectatione perseverare volo, tuasque semper augere laudes 9); Quapropter etiam David, inter Spem foventes & Spe destitutos, distinctionem facit, cum ita loquitur: Mortui Te non laudant neque illi, qui descendunt in infernum, nos autem, qui in Te speramus, & sub tutela Majestatis tuæ vivimus, laudibus Te cumulamus a seculo in sempiterna usque secula. Illi enim qui semel mortem oppetierunt, damnati nimirum, mortui sunt; qui autem in Spe & pace moriuntur, quamvis faciem Dei non protinus intueantur, vita tamen fruuntur, & quod vivunt, Deo vivuut 10). Quapropter etiam Deus non mortuorum, sed viventium Deus appellatur 11). Unde quoque Propheta cum magna cordis devotione orat: Ne aggreges penes peccatores animam meam, & penes viros sanguinarios vitam meam; ne trahas me penes improbos & penes operarios iniquitatis, quorum memoria evanescit, & qui propter criminum multitudinem rejecti sunt, ut non possint surgere 12). Perdis improbos, nomen istorum deles in secula sempiterna, propterea de libro viventium deleantur & cum justis ne conscribantur 13); de justis autem dicit precans: anima nostra præstolatur Dominum, ille auxilium est nostrum, & scutum nostrum:

8) Ps. 49, 15. Ps 88. leg. Ps. 9, 17. Ps. 31, 17 Es, 26, 14. cap. 38, 18.

9) Ps. 71, 14. Ps. 22, 29. Ps, 23, 4.

10) Rom. 6, 10.

11) Matth. 22, 32. Marc. 11, 27. Luc. 20, 38.

12) Ps 5, 10, Ps. 26, 9. Ps 28, 3. Ps. 36, 13.

13) Ps. 9, 6. Ps. 69, 29.

strum: Dominus enim suum non rejiciet populum, nec
14) Ps. 33, 20. Ps. 94, 14. possessionem suam derelinquet 14): Ille namque eorum
15) Ps. 74, 23. sec. græc. supplicationis non obliviscatur, qui eum invocant 15):
Dominus egentes exaudit, & vinctos suos non spernit,
preces derelictorum respicit, & non contemtui habet
orationem eorum: prospectat ex alto loco sanctitatis
suæ, & e cœlis Dominus in terram intuetur, ut exaudi-
16) Ps. 102, 18. 20. 21. Ps. 69, 34. at suspirium vinctorum, & liberet filios mortis 16).
Prævidens quoque Propheta David liberationem ex in-
ferno ita scribit: Mittens verbum suum curavit
ipsos & liberavit a foveis ipsorum, eversa est captivi-
17) Ps. 107, 20. Ps. 124, 7. tas nostra, & nos liberati sumus 17): Deus animam re-
18) Ps. 49, 16. demturus est a potestate inferni, ille enim me rece-
pit 18): Domine, mi Deus! eduxisti ex inferno ani-
mam meam, me vivum conservasti, quando illi in in-
19) Ps. 130, 4. fernum descenderunt 19).

§. 29.

Præterea alii quoque Prophetæ, quum ex inferno
liberationem præviderint, id ipsum suo quoque obsigna-
runt testimonio, & quidem Esaias: Mortui tui revivi-
scent, & cum corporibus resurgent, teque laudabunt
qui sub terra sunt, ros enim tuus eorum erit libera-
1) Es. 26, 19. cap. 35, 10. tio 1). Hoseas scribit: Agite, revertamur ad Domi-
num, nam ipse laceravit, & curaturus est nos, percussit,
& obligaturus est nos: Post biduum nos vitæ restitu-
2) Hos. 6, 1. 2. et; die tertio excitabit nos, ut vivamus coram ipso 2).
Et iterum Esaias: Secundum justitiam judicare volo,
& filios nempe Ecclesiæ liberare: potest enim mulier
fœtus sui oblivisci, ut non misereatur filii uteri sui; &
si illa oblivisceretur, ego tamen tui non oblivisear, di-
3) Es. 49, 15. cit Dominus 3). Quod ipsum non tantum de adhuc vi-
ventibus, sed etiam de illis, qui in Spe & pace obdor-
miverunt,

miverunt, Ecclesiæ filiis, est intelligendum; Quapropter etiam David, ut hoc prævidens, exclamat: Tu, Deus noster, vitæ nos restitues, quando Te ad nos reverteris 4). Misericordia enim in me Tua magna est, ideoque animam meam ex infimis inferni & intimis terræ locis eduxisti 5). Porro loquitur, quasi anima ejus jam cœlorum intraret regnum: Redi anima mea in requiem Tuam, quum Dominus beneficus sit erga Te; a morte enim eripuit animam meam, oculos meos a lacrymis, pedem meum a lapsu: Domino placebo in regionibus viventium 6).

4) Ps. 85, 7.
5) Ps. 71, 20.
6) Ps. 116, 7, 8, 9.

§. 30.

Quum igitur Dominus, ut Rex fortis & tremendus, ad animas has in gradibus ipsis demonstratis detentas descenderit, januas aperuerit, & catenas ferreosque carceris earum ruperit cardines, ipsæ, ut illum advenire animadvertebant, unanimiter exclamabant: Benedictus, qui venit in nomine Domini! Dominus Deus noster nobis apparuit; O gaudium! O lætitiam! benedictus qui venit! attollite portæ capita vestra & attollite vos, ostia seculi; ut ingrediatur Rex gloriæ 1). Has autem Ethnicorum percontatæ sunt animæ: Quisnam est ille? Responsumque ex animabus sanctorum tulerunt: Dominus est fortis & potentissimus, Rex gloriæ. Quorum Rex? Omnium noster; ille enim fortem heroëm, Draconem, Diabolum in forma serpentis captivum cepit, eum catenis ligatum in abyssum detrusit & in annos mille super eum sigillavit. Ut hoc ipsum testatur Johannes, quando ita scribit: vidi Angelum descendentem e cœlo, qui habebat clavem abyssi & magnam catenam in manu sua: ille apprehendebat Draconem, serpentem illum antiquum, qui est Diabo-

1) Ps. 24, 7.

lus & Satanas, & vinxit eum ad annos mille; conjecitque eum in abyssum, quam occlusit, & obsignavit
2) Apoc. 20, 1. 2. 3. super eum 2).

§. 31.

Has, animas nempe in carcere detentas, tres docuit dies, donec una cum illis, quæ ipsum fide apprehenderunt, resurrexit; ut hoc ipsum confirmat Scriptura, cum sequentem adhibet comparationem: sicut Jonas in ventre ceti tres fuit dies & tres noctes; ita erit filius
a) Matth. 12, 4. hominis in medio terræ tres dies & tres noctes. a)

§. 32.

De illis tamen non loquor, quæ, ex justo Dei judicio, statim post separationem a corporibus in graviores inferni gradus conjectæ sunt; sed de his tantum sermo est, quæ in levioribus inferni mansionibus servatæ sunt. Qua de re Scriptura iterum nobis suppeditat commemorationem: In adventu ille suo montes æquavit solo, vincula rupit, & ut triumphator alta clamavit voce, dicens vinctis: exite, & sedentibus in tenebris revelamini 1). Et hac ratione captivitatem per sanguinem fœderis sui duxit captivam, in altum ascendit & custodia detentos liberavit e cisterna, in qua nullæ sunt aquæ 2). Et hic est ille dies salutis, quem fecit Dominus, in quo humana natura evecta & exaltata est; quod ipsum David jam pridem in Spiritu præviderat 3).

1) Es. 49, 9. cap. 45, 2. cap. 14, 9. 17. cap. 42, 7. Ps. 107. Eph. 4, 8. 1. Petr. 3, 20.
2) Zach. 9, 11. Ps. 68, 19. Job. 14.
3) Ps. 118. leg.

§. 33.

Jam inde ab illo tempore, quo descendit Dominus ad infernum, & Draconem illum Diabolum in forma virulenti serpentis in triumphum palam traduxit, captivum cepit, catenas ipsi injecit, & super eum in abysso mille annos inclusum obsignavit (qui mille anni coram Deo non significant tempus aliquod determinatum, ut

etiam

etiam David dicit: Mille anni, inquit, sunt in oculis tuis ut dies hesternus, vigiliaque nocturna 1): de quo tempore, ejusque plenitudine interrogarunt quoque Dominum Christum Jesum discipuli, dicentes: quando hæc erunt? Responsionem autem acceperunt: De die illa ac hora nemo scit, ne angeli quidem, qui in cœlo sunt, neque ipse Filius, sed solummodo Pater 2); Quapropter neque mihi competit in hanc rem scrupulose inquirere, sed potius Servatoris nostri observare doctrinam, quam suis reliquit discipulis: Non est vestrum, inquit, nosse tempus sive horam, quam pater in sua ipsius potestate posuit) 3). Spiritibus postea illis, qui semel contumaciter se gesserunt, & in tenebris sederunt, in umbra mortis & Spelunca, ubi nullæ sunt aquæ (quæ loca, ut supra demonstravimus, secundum eorum gradus & essentialem qualitatem distincta sunt) evangelizavit, illosque docuit, (non quod descenderit in infernum ad docendos Diabolos, ut nonnulli illam fovent opinionem, quum non pro Diabolis, sed tantum pro hominibus in mundum venerit, & propterea quoque humanam assumserit naturam) & quotquot illorum in ipsum crediderunt, ex inferni potestate eripuit 4). Et licet admodum prope mortem essent; ab ipsa tamen eos liberavit 5). Omnes autem, qui adhuc infideles permanserunt, æternas suas protinus intrarunt mansiones, ubi captivi detinentur usque in diem judicii & retributionis, & sentiunt jamjam gustum maxime sensibilium cruciatuum, quos post unionem quoque cum corporibus suis sustinebunt.

1) Ps. 90, 4.
2) Marc. 13, 32.
3) Act. 1, 7.
4) Hos. 13, 14.
5) Ps. 9, 13. Ps. 107, 19.

§. 34.

Hinc patet, animam immisericordis illius divitis non in leviores inferni gradus perveniisse, sed, quum illa, adhuc cum corpore unita, propter neglectam misericordiam, suum quasi judicium in tempore jam acceperit, con-

confestim regno & potestati Diaboli traditam & consociatam esse 1); Unde protinus mors animæ orta, una cum pernicie & cruciatibus, & ita anima a morte comprehensa & absorpta est: Mors enim peccatorum vergit in perniciem 2). Servator autem, ex inferno rediens, ipsum occlusit, & claves, hoc est, virtutem & potentiam, secum accepit: Ipse namque claves habet vitæ ac mortis 3).

1) Hebr. 2, 14.

2) Ps. 34, 22.

3) Apoc. 1, 18. Job. 12, 14. sec. græc.

§. 35.

Illi autem, qui jam inde ab initio novi fœderis testimonia de Christo audiverunt, nihilominus tamen ceu infideles ipsum fide non amplexi sunt, quin potius contemtui habuerunt, ut Julianus Apostata, Diocletianus, Maximinus, Herodes & Judas, eorumque ex Christianis imitatores, & proinde ita vixerunt vel adhuc vivunt, ut veram agere pœnitentiam nunquam serio & ex corde sibi proposuerint; verum ad ultimam usque vitæ horam contumaces in peccatis perseverarunt, & ita quoque efflant animam, illi, inquam, quoniam justitia divina ipsos jam in hac vita æternæ morti reliquit, secundum Dei judicium in graviores æternæ internecionis & inferni gradus, sicut etiam anima divitis, statim conjiciuntur. Ubi infelicissimæ illæ animæ maximam jam pœnarum suarum, quæ carent cessatione æternumque duraturæ sunt, partem vident & gustant; easque longe adhuc sensibiliores fore, quando cum corporibus suis iterum uniuntur, certe jam sciunt.

§. 36.

In hæc graviora inferni loca omnes quoque dejiciuntur timidi, increduli, execrabiles, homicidæ, scortatores, venefici, idololatræ & mendaces, quorum portio assignata est in stagno, ubi ardet ignis & sulphur, quod est mors secunda: ubi Bestia illa & ille Pseudo-propheta ipsos expectat, & torquebuntur die ac nocte in secula seculorum

rum 1). Sicut etiam David dicit: dispones eos ut fornacem ignis, tempore faciei iratæ tuæ 2), & alibi: Transgressores simul peribunt, & improbi tandem erunt extirpati 3); ad imas terræ partes pervenient, en se cadent, & vulpium, h. e. diabolorum portio futuri sunt 4), demersæ sunt gentes in foveam quam fecerant, ad rete, quod tetenderant, captus est pes earum 5). Eas diruet, conquassabit & in puteum corruptionis detrudet, ubi gloria earum exolescet 6); & ita omnes a Deo discedentes peribunt 7): Et hic est calix, quem ebibere cogentur illi, qui sine conversione in impietate, luxuria & lascivia, in ebrietate & commessatione animam efflaverunt, qui a seculo in sempiterna perituri sunt secula: deleti sunt de libro vitæ, hoc est, e memoria Dei, & cum justis non conscribentur, h. e., in numero ipsorum non reponentur 8). Et hinc horum prævidens mortem dicit Propheta: Mors peccantium est mala, nullamque in morte habent refocillationem, memoria enim illorum inde ab initio mundi est deleta 9).

1) Apoc. 21, 8. cap. 20, 10. Ps. 11, 6. Dan. 7, 11.
2) Ps. 21, 10.
3) Ps. 37, 38.
4) Ps. 63, 10, 11.
5) Ps. 9, 16. Ps. 7, 16.
6) Ps. 18, 39. Ps. 52, 7. Ps. 55, 24.
7) Ps. 73, 27. Ps. 68, 3.
8) Ps. 75, 9. Ps. 92, 8. Ps. 69, 29. Devt. 29, 20.
9) Job. 24, 19. Prov. 2, 18, 19. ps. 34, 21. Ps. 73, 4.

§. 37.

Illi vero, qui e contrario in sanguine novi fœderis novam iterum vitam agere inceperunt, vel ita adhuc vivunt, & ut fideles ac sinceri Christiani divinis fidei in Christum præceptis perfectam præstant obedientiam, semperque parate se gerunt illi, inquam, beatam illam ubique expectarunt horam, vel adhuc expectant, qua ex voluntate Creatoris eorum vitam cum morte commutent. Ut etiam hoc ipsum Christus nos admonet, ita loquens: Vos igitur estote parati; quia, qua hora non putatis, Sponsus veniet 1). Hi, tanquam semper parati, ut omnes vere fideles decet, in manus Dei ceu fideli conditori, bonis operibus, suas commendant animas, vel jam tradiderunt 2); Unde ipsis, cuique secundum opera sua,

1) Luc. 12, 40.
2) 1. Petr. 4, 19. Ps. 31, 6.

præparata ab æterno tabernacula, cœleſtesque manſiones intrare contingit, ubi cum Chriſto erunt & unione cum omnibus fruentur ſanctis. Et hanc ob cauſam de ſua poſt diſſolutionem apud Chriſtum manſione certus erat Paulus, ideoque dicere poterat: Cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto 3). Et Chriſtus latronem cruci affixum ita allocutus eſt: Amen, dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo 4).

3) Phil. 1, 23.

4) Luc. 23, 43.

§. 38.

Quamvis jam his ipſis, ut hominibus, nonnullæ adhuc ignorantiæ maculæ inhæreant, (quoniam tamen nemo hominum, ſummum licet virtutum attigerit faſtigium cum Jobo, omni ſine labe & defectu coram Deo comparere poteſt; ut hoc ipſum, ipſe Jobus, qui in via juſtitiæ magnos fecit progreſſus, duro illi amico Bildad de Suah jurejurando conceſſit, quando dicit: certiſſime ſcio, hominem quendam non juſtum exiſtere poſſe coram Deo 1). Et Eliphas illi Themaniti: Quomodo homo Deo juſtior eſſet, vel purus in operibus ſuis 2)? Ita quoque ſcribit Johannes: ſi dixerimus nos peccatum non habere, nos ipſos fallimus; & ſi dixerimus nos non peccaſſe, eum facimus mendacem 3). Nullus enim eſt homo, qui non peccavit 4): ejusmodi tamen infirmitatis maculæ, illa hora, qua confitentur peccata, corporisque & ſanguinis Chriſti participes fiunt, ipſis remittuntur, & momento mortis non imputantur. Ut hoc confirmat Rex & Propheta David, diceus: Beatus homo, cui non imputat Dominus peccatum, cujus Spiritui non ineſt dolus 5).

1) Job. 9, 2. cap. 25, 4.

2) Job. 4, 17.

3) 1. Joh. 1, 8, 10.

4) 2. Paral. 6, 36.

5) Pſ. 32, 2.

§. 39.

Quotquot autem Chriſtianorum, qui, ut mandatis Dei obtemperarent, vitamque Chriſti, perfecta fidei virtute, imitarentur, nullam adhibuerunt diligentiam, ſed, ne

ne dicam ut honesti ethnici vixerunt, vel adhuc vivunt, qui quidem, ut plerumque fieri solet, ab una quoque Confessio ad alteram vitam paululum emendant, & sacram Cœnam obeunt, vel etiam hoc ipsum negligunt, ut nunc temporis plurimis in locis Christianorum est consvetudo; nihilominus tamen fluctuantibus mundanorum negotiorum agitantur undis, & cupiditatibus peccatorum, imo gravioribus & manifestis criminibus, ceu catenis iterum constringuntur; licet vero in aliquibus concupiscentia tantum conceperit, ut ait Apostolus, & mors perditionis in animabus ejusmodi hominum non adhuc parta fuerit 1); quoniam peccatum tum primum, cum ipso opere peractum est, plenam in anima gignit mortem; quum autem e contrario quicunque aspicit mulierem, ut eam concupiscat, jam adulteraverit illam in corde suo 2), & secundum Apostoli effatum, omnis injustitia peccatum sit (quamvis aliqua peccata non sint ad mortem) 3); adeo ut ne verbum quoddam impurum ex ore nostro egrediatur 4); hi vero in angustam illam & asperam ad regnum Dei viam 5), quam omnes veri Christiani per multas terunt afflictiones 6), se non dederunt nec dare volunt; verum enimvero ut tempus hinc discedendi adesse animadverterunt, vel jam observant, ultima illa hora ex metu, sive per confessionarium, sive in casu necessitatis, si in mari vel itinere quodam versantur, sine illo, coram Deo peccata confitentur, & scelera sua, commissamque tergiversationem paulum lugent, in ejusmodi perturbatione mortisque pavore orant, negligentiam suam, qua necessariam intermiserunt præparationem, agnoscunt, ac propterea misericordiam Dei implorant, non tam in animarum salutem, quam propter sanitatem ac temporalem restitutionem adipiscendam: Num jam possibile est, quod ejus-

1) Jac. 1, 15. Ps. 7, 15.

2) Matth. 5, 28.

3) 1. Joh. 5, 18.

4) Eph. 4, 29.

5) Luc. 13, 24.

6) Act. 14, 22.

modi hominibus, eodem momento, propter paululam illam ex timore mortis & premente neceſſitate emanantem contritionem peccata remittantur, ipſisque in regnum Dei pateat introitus, ut facie Filii Dei fruantur, quem in vita deſpicatui habuerunt, ubi ſalutem ſuam regnumque Dei floccifecerunt, quod tamen alii per ſanguinem, multumque laboris, magna cum virtute in ſanguine Chriſti acquiſitum jam poſſident? Et quum, teſte Scriptura, juſtus vix ſervetur, ubi tales peccatores, qui ſuam neglexerunt ſalutem tandem aliquando comparebunt 7)? præcipue quum etiam Pſalmiſta ita loquatur: Domine quis comoraturus eſt in tabernaculo tuo, quis habitaturus eſt in monte ſanctitatis tuæ? Qui ambulavit inculpate exercuitque juſtitiam, qui ex animo locutus eſt veritatem, & lingua ſua non obtrectavit &c. 8); & rurſus: quis aſcendit in montem Domini & quis manebit in loco ſanctitatis ejus? qui innocens eſt manibus & purus corde, qui non in vanum accepit animam ſuam, neque falſum adverſus proximum ſuum fecit juramentum: ille a Domino reportabit benedictionem, & miſericordiam a Deo ſervatore ſuo 9).

7) 2. Petr. 4, 18. Prov. 11, 8.

8) Pſ. 15. leg.

9) Pſ. 24, 3. 4. 5. ſec. græc.

§. 40.

Quod ad latronem illum attinet, quem ultima nimirum hora beatitudine tam ſubito potitum fuiſſe homines vulgo credunt; habuit ille jam antea hiſtoricam de Chriſto notitiam, quod ſatis luculenter apparet ex hoc ipſius de Salvatore teſtimonio: Nihil hic mali patravit; & quis ſcit? nonne Chriſti audiverat Conciones, etſi in ſua adhuc malitia perſeveravit? quis quoque novit? Numne bonum aliquod & ſalutare opus in corde ipſius, dum cuſtodia detinebatur, Deus per gratiam ſuam efficere non potuerat? Cum ſervatorem, & quidem in tam miſerabili ſtatu conſtitutum, tanta fide & conſtantia agno-

agnoscere & confiteri potuerit? Ex sermone quoque ejus, quem habuit in cruce nos insuper haurire possumus, quod se ipsum judicaverit; quapropter etiam Deus peccata ipsi non imputavit.

§. 41.

Illi autem, qui fidem jam acceperunt, notitia de Christo imbuti sunt, ejusque doctrinæ & præceptorum habuerunt cognitionem (de quibus ipse quoque dicit; Servus ille, qui Domini sui novit voluntatem, se vero non præparavit, ut ex voluntate ejus faceret, multis cædetur plagis; qui autem non novit, & tamen quæ plagis digna sunt fecit, exiguas dabit pœnas, siquidem ab eo, cui multum reposcetur) 1); ad allatum latronis exemplum nulla ratione profugere possunt; quoniam etiam, secundum Apostoli testimonium, qui novit quod bonum est, & non facit, ipsi redundat in peccatum 2). Et iterum: si ille, qui legem Mosis transgreditur, ex duorum vel trium testimonio absque misericordia morietur; quanto, putatis, acerbiori Supplicio dignus censebitur, qui Filium Dei conculcat, & sanguinem fœderis per quem sanctificatus est, profanum ducit, Spiritumque gratiæ contumelia afficit, & sic ulterius 3).

1) Luc. 12, 47. 48.

2) Jac. 4, 17. Rom. 1, 20.

3) Hebr. 10, 28. sqq.

§. 42.

Verum enim vero si animæ eorum, qui secundum qualitatem factorum digni sunt, quoad tempus intuitu Dei privari, ut aliquam subeant castigationem, ultima hora, & per momentaneam illam, quam tum sustinent, contritionem factamque confessionem, vi sanguinis & meriti Christi, sine ulteriore difficultate, peccatorum peccatis cumulatorum remissionem impetrare, in regnum Dei introire faciemque Domini indubitate videre possent, nullamque per privationem intuitus divini præsentirent castigationem (ut sciant quænam sunt pec-

cata, propter quæ pœnas dare ipſas oportet, ſecundum hoc Spiritus Dei teſtimonium: Unusquisque funibus peccati ſui tenebitur 1), & Davidis me caſtigatione Dominus caſtigabit, ad mortem vero (animæ me non traditurus eſt 2): Omnia tum Scripturæ præcepta, & ſevera vitæ quoque Chriſti ſanctitas, quam tamen Chriſtiani ex ſacris literis in Spiritu ita diſcent, ut eam conſtanter imitari, &, quantum per virtutem Chriſti fieri poteſt, ſanctiſſimam ipſius vitam agere, & crucem cum ipſo Spiritualiter portare debeant, fruſtra, nulliusque eſſent ponderis: Tum quoque Dominus fruſtra dixiſſet: niſi mandata mea ſervatis moriamini 3), &, is, qui me diligit, mea tenet præcepta 4), &, maledictus, qui non manet in omnibus libri hujus verbis 5).

1) Prov. 5, 22.
2) Pſ. 118, 18.
3) Matth. 19, 17. Rom. 8, 13. 1. Joh. 2, 4. Matth 7, 21.
4) Joh. 14, 21. 23.
5) Devt. 27, 26. Jer. 11, 3. Pſ. 119, 21.

§. 43.

Scriptura præterea, quod magis eſt, de ejusmodi hominibus (qui jam verum amplexi ſunt fundamentum quamvis aliquo modo bonum operari voluerint, non vero, ut ſupra memorati, neglexerint, vel plane malitioſe in ultimam usque horam vixerint) nihilominus teſtatur, quod, ſi fœnum & ſtipulam ædificaverint, & opus eorum per ignem probationis, qui mercedem itaque antecedit, exuſtum fuerit, h. e., ſi coram Dei oculis, qui ſunt ut flamma ignis, caſtigati fuerint, damnum facturi ſint, ipſi autem ſervati fuerint, ita tamen, ut per ignem. a)

a) 1. Cor. 3, 11-15.

§. 44.

Ubi vero nullum alium, quam ex animæ a Deo ſeparatione provenientem conſcientiæ ignem dari admittimus, & illum ipſum, de quo loquitur Malachias: Repente veniet in templum ſuum Dominus, quem vos quæritis, & Angelus fœderis, quo vos delectamini: Ecce venit, ait Jehova; quis autem ſuſtineat diem adventus ejus? aut quis conſiſtat, quum apparuerit? ille enim

eſt

est quasi ignis Aurificis, & ut smegma lotricis: sedebit & liquefaciet, & purgabit argentum, imo, ita purgabit filios Levi, defæcans eos velut aurum & argentum, ut in justitia Domino munus offerant. b)

b) Mal. 3, 1-3.

§. 45.

Si igitur Deus per satisfactionem in merito sanguinis Christi, nullo habito respectu ad Spiritualia, & quæ ex fide emanant opera, sive sint interna sive externa,) (quippe quæ autem, ante jactum mundi fundamentum, ut servarentur, ordinata sunt) tam immorigeris quam obedientibus sine discrimine ex gratia salutem largiturus esset; & si Pauli verba in confirmationem istius opinionis detorqueremus, quando dicit: non ex operibus legis, neque ex illis quæ in justitia legali fecimus, sed ex gratia salvos nos præstat, (ubi tamen non de Spiritualibus & profluentibus ex fide operibus sed tantum de operibus legis loquitur, quatenus justitia operum legalium sine Spiritu fidei ad salutem nostram nihil confert; ideoque non dicit: Non ex justitia operum Spiritualis legis, nempe fidei; de qua alibi loquitur, quod ejusmodi Lex scilicet Spiritus vitæ per Jesum Christum a lege peccati & mortis ipsum liberavit 1); & ita Lex sine fide nihil efficere valet, de qua etiam exclamat: Legem per fidem non inutilem reddimus sed erigimus) 2); si, inquam, res ita se haberet, stolidum plane esset inceptum, si aliquis Christianorum, ante ultimam mortis horam, curam diligentiamque adhibere vellet, ut a malis desisteret, vitam quandam cum interna vel Spirituali fidei lege conformem duceret, angustæ Domini viæ se committeret, crucem Sdirituali modo portaret, & denique viam per multas afflictiones ad vitam ferentem progrederetur.

1) Rom. 8, 2, 3.

2) Rom. 3, 31.

§. 46.

§. 46.

Si namque non tantum hi, qui hæc omnia faciunt &, ut juſtificationi Chriſti convenit, ſe gerunt, verum etiam illi, qui juſtificanti Servatori nullum præſtant obſequium, ſed curæ ſalutis ſuæ obliviſcentes in fide negligenter vivunt, & quæ ad æternam ſpectant beatudinem in ultimam usque horam differunt, nihilominus propter aliquam ex nuda theoria profluentem fidei confeſſionem, quod nimirum Chriſti meritum illos, in tali licet ſtatu conſtituti ſint, in regnum Dei, ut intuitu fruantur divino, introducere valeat, æque ac hos ipſos, quibus curæ cordique eſt, ut opera Spiritus exerceant, crucem ferant, & per anguſtam ſalutis viam ingrediantur vitam; (quæ omnia ut inutilia & ad ſalutem nihil conducentia æſtimentur) & ita ab utraque parte in ſalvo eſſent; ut tam contumaces & qui nihil boni fecerunt, quam obedientes & ſpiritualibus ornati operibus, ullo absque impedimento, æternam conſequerentur vitam; ſi jam ita, inquam, fieri poſſet, quam quæſo ob cauſam anguſtam & non latam ambulare viam ſemper adhortamur & obſtringimur? & quid reſtat? niſi ut edamus, bibamus, in luxuria & abundantia animum relaxemus, mundo & vanitatibus mundi oblectemur, omnia ad nos rapiamus, nequitiæ ſtudeamus, damnum aliis inferamus, eos, qui pietati operam navant, perſequamur, pauperes, viduas & orphanos moleſtia afficiamur & denique in luxu & comeſſatione, in libidine & ebrietate, in ſaltatione & luſu tempus conſumamus; Spiritualia enim opera nihil prorſus ad ſalutem conferunt, & ſalvamur non operibus ſed ſola fide; (quamvis ubi fides, ibi quoque ſint opera, ſive exerceamus ea, ſive non quippe quæ ab illa nunquam ſeparari poſſunt) a) modo ultima

a) Gal. 1, 6. Jac. 2, 14. 17. ſqq.

ultima tantum hora, quod meritum Christi nos, sine bonorum operum exercitio & servatione, seu vitæ Christi imitatione, & crucem ejus licet non portemus, justos & salvos facere valeat, & ita vitam ingredi & ad beatissimum faciei Domini intuitum pervenire possimus, ore confiteamur.

§. 47.

Et si Deus Latronem, qui tamen per totam semper vitam tam multum mali patravit, & ad ultimam (ut perhibetur) vitæ suæ horam ita perseveravit, sine operibus justificavit; quanto magis salutem nobis largiri poterit, qui tamdiu & multos jam annos in fide vixerimus & confessi sumus, quod ille justus sit, & nos per meritum Filii ejus salvos fieri firmiter quoque credimus, nullatenus admittentes, quod per opera nostra justificari possimus, utpote quæ nihil aliud sunt quam externa signa, quibus quis coram hominibus videatur fidemque suam ostendat, ut qui ea ipsa facit, bene quidem agat, nullam tamen per illa justitiam consequatur & salutem, sed per solam tantum fidem, quatenus ubi fides est, ibi quoque sunt opera, ita tamen ut non in illis sed sola fide justificemur, quippe quæ sine operibus nos servat, & sufficiat, quod ultima hora credamus & confiteamur, Deum sine operibus salutem nobis largiri, & nos ante obitum, licet respectu infirmitatis nostræ ut indigni, corporis & sanguinis Christi participes fiamus, quum propter sanguinem & meritum Christi Deus omnes, quas per totam vitam patravimus iniquitates, nobis non imputet, & ita nullum coram eo judicium metuamus.

§. 48.

Hæc quidem maxime commoda & plausibilis esset ratio regni Dei potiundi; verum enimvero perquam tremenda vindictamque exposcens est vox illa, quam ex ore admirandi Regis & Prophetæ Davidis audio, quæque meum tam valde animum commovet & timore percellit? cum meus innocenter mortem perpessus Jesus per os ejus exclamat: Quid utilitatis est in sanguine meo (vobis immorigeris & negligentibus, qui mea non observatis præcepta) quid utilitatis est in sanguine meo?

§. 49.

O Jesu! qui pro me cruci affixus es, parce mihi, donec in humilitate tibi & gemente corde respondere valeam! lubens fateor, rem ita se non habere, etenim nemo quoque Christianorum, qui vere fidelis est, ita credit: Utere itaque erga me patientia; si namque præcepta tua non observemus, vitamque nostram ad voluntatem tuam ibi revelatam conformemus, nec non tuam feramus crucem, certi scimus, quod animæ nostræ moriantur.

§. 50.

Quamvis enim salus æterna gratis sit donata, & introitus ad illam apertus; eum tamen in finem id solummodo factum est, ut tuam tecum crucem portemus ac secundum voluntatem tuam nos geramus: Et ita ei, qui ex omni facultate homini sub tuo adjutorio competente, hoc præstat, tuus qui effusus est sanguis utilitati est, ipsique introitus in vitam patet, & id quidem non propter inutilia ejus opera, sed quoniam in fide

fide se tibi submittit, & sanguinem tuum non pedibus conculcat.

§. 51.

Quapropter, etsi nos in te credere confitemur, & in tali confessione, absque merito & dignitate operum Spiritualium ex observatione tuorum præceptorum profluentium, servari confidemus, omnem tamen, quem effudisti, sanguinem nobis nihil prodesse, ubi eundem floccipendimus & pessundamus, sed potius nos morte occubituros esse probe tenemus. Non immerito itaque exclamasti: Quid expedit sanguis meus? vos moriemini 1); quum sanguis ille innocenter effusus, ab illis, qui in fide perfectam Deo non præstiterunt obedientiam, tremendam exposcerit vindictam 2); Unde quoque David dicit: ut justificeris in sermonibus tuis & vincas, quando tu judicas 3).

1) Ps. 30, 10.

2) 2. Thess. 1, 8.

3) Ps. 51, 6.

§. 52.

Sicut jam Dominus Jesus claves, hoc est potestatem habet vitæ & mortis, interficiendi quoque & perditioni tradendi 1), vitam eripiendi & restituendi 2), animam perdendi & iterum ex inferno liberandi 3); qui etiam venit non ut animabus hominum detrimentum inferret, sed ut eas servaret 4); ita quoque ut cordis scrutator & justus judex prægnoscit, quod tales quidem animæ non dignæ sint, quæ post suum ex hoc mundo discessum protinus regnum cœlorum intrent & beata Dei visione fruantur, neque ab altera parte æternæ damnationis sontes, earum propterea miseretur, & unamquamque secundum suam dignitatem in mansiones istas &, quoad gradus, distincta carceris habitacula collocat, (ubi Patres, Prophetæ multique alii, ante incarna-

1) Matth. 10, 28.
2) Deut. 32, 39.
3) Luc. 6, 9.

4) Luc. 9, 56.

tionem Christi, ut superius demonstratum est, detenti sunt,) ut ibi discant, quod propter negligentiam earum, deliciis æternis & moxime pura e facie Dei radiante gloria non frui neque sancto sanctificatorum Choro annumerari possint, utpote quod ipsis tantum contingit, qui in multis afflictionibus ad perfectionem perduxerint sanctimoniam.

§. 53.

Illi igitur, qui in aliqua resipiscentia, quæ autem, ut jam dictum est, servili plerumque timori originem debet, vita excedunt, fidem tamen & spem habentes, quod peccata eorum, propter sanguinem Christi, ipsis non imputata, sed ex gratia remissa fuerint; antequam vero majorem saluti animarum obtinendæ curam adhibuerunt & diligentiam, præpropera occubuerunt morte; in fide quidem hinc discedunt, per quam in eis aliquo modo, licet non perfecte, amor obedientiæ & imitationis Christi excitatus, nec non aliqua de perfecta liberatione veræ cognitionis & firmæ spei scintillula accensa est; paternam tamen castigationem, ut etiam illi qui in veteri testamento, per delectantis divini intuitus privationem in conscientiis suis sustinere debent, usque dum illa, quam sperarunt, salute re ipsa fruantur.

§. 54.

Misericors Deus qui cordis præcognoscit propositum, etsi virga sua remanentes adhuc in eis improbitates eorum visitabit 1); Misericordiam tamen suam ab ipsis non magis avertat, quam a nobis in hac terra 2); Nam cujus vult miseretur, quem autem vult indurat 3), suam enim potentiam temperat cum misericordia & charitate erga homines; ipse enim de se dicit: Imas omnes

1) Ps. 89, 33.
2) 1. Petr. 4, 6.
3) Rom. 9, 18.

omnes terræ partes penetro, dormientes video quoscunque, & ſpem in Domino ponentes omnes illumino 4).

4) Syr. 24, 41. ſec. verſ cum adnot. Franciſci Vatabli.

§. 55.

Hanc ob cauſam tota quoque Eccleſia a primis jam inde temporibus bonum hoc amplexa eſt propoſitum, ut pro omnibus Chriſtianis, viventibus pariter ac mortuis oraret, ut ſpiritualis ſponſi cœleſtis ſponſa intercederet, & miſericordiam ſummamque erga nos homines clementiam miſericordiſſimi Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui ſanctiſſimum & innocentem ſuum pro omnibus hominibus effudit ſanguinem, & Servator eſt omnium, præcipue vero fidelium 1), implo-raret, velit debita & delicta ex miſericordia eis non imputare, quum, quod pulvis & cinis ſimus, ipſum minime lateat, dignetur quoque ultimum illis quadrantem condonare, quippe qui ex ſe ipſis, ut quoque nos omnes, nullam habent dignitatem 2), illosque eo citius liberare, in ſinum Abrahæ, ut Lazarum, transportare, nec non in ſuo lucido, amœno ac refocillante loco reficere; ut etiam ita oravit David: Recrea me, ut reſpirem, antequam abeo, in profundiſſimam, dicere vult, perniciem 3); velit præterea omnes avertere angores & gemitus, & æternam in conſpectu Servatoris noſtri Jeſu Chriſti ipſis largiri vitam ſemper duraturam; hic enim ſolus liber eſt a peccatis, ipſe vita eſt & reſurrectio, ipſe unicus eſt in cœlis, terris & profunditatibus, qui claves tenet vitæ & mortis, hoc eſt qui poteſtatem habet trucidandi, in infernum dejiciendi & inde eripiendi 4): Velit denique earum recordari animarum, quibus per privationem intuitus divini, tantum temporis ſpatium angores ſuſtinere injunctum eſt: Ita enim orat Propheta: In tribulatione animæ meæ & in

1) 2. Cor. 6, 24. 1. Tim. 4, 10.

2) Gen. 18, 27. Matth. 8, 8. Luc. 15, 21.

3) Pſ. 39, 14.

4) 1 Reg. 2, 6. Matth. 10, 28.

ira recordare misericordiæ 5); & David, ut communis intercessor: ne animas pauperum tuorum ad finem usque tradas oblivioni 6), & iterum: Per ignem & aquam ingressi sumus; ad hanc tamen refocillationem nos eduxisti 7); Hinc quoque Job oravit: absconde me in inferno, donec ira prætereat, & pone tibi scopum, cum mei recordari dignaris 8).

5) Hab. 3, 2. sec. græc.
6) Ps. 74, 19.
7) Ps. 66, 12.
8) Job. 14, 14. sec. græc.

§. 56.

Eandem quoque fidem & spem olim habuerunt Ebræi, quod nempe Deus mortuorum Patrum, eorum cognatorum, ac totius Abrahami seminis, propter charitatem & promissionem ipsis factam, misertus esset: Unde communes pro omnibus hostias & intercessiones obtulerunt; ut etiam ex Historia Machabæorum constat, ubi hæc occurrit narratio: Ad supplicationem conversi sunt, & orarunt, ut commissa peccata perfecte delerentur: Et generosus ille Judas, postquam multitudinem adhortatus est, ut se ipsos a peccatis conservarent integros, cum ante oculos viderint ea, quæ facta erant, propter peccatum eorum, qui ceiderant, tributum quoddam, ad drachmas bis mille argenti, colligendum curavit, quas Hierosolymam misit, ut pro peccatis offerretur sacrificium; valde bene & honeste faciens, quod de resurrectione cogitaret: Nam si eorum, qui ante occubuerant, resurrectionem non expectavisset, superfluum & stolidum fuisset pro mortuis orare; & quod prospexerit iis', qui pie occumbunt, glorioſam repositam esse gratiam: sancta hæc & pia fuit cogitatio, ex qua pro mortuis fecit expiationem, ut a peccato soluti essent 1). Sapientia insuper Siracidis quoque admonet: munus omnibus placitum est viventibus, super mortuo itaque ne illius obliviscaris 2). Quapropter etiam nostrates, pro mortuis suis cognatis & amicis, quin

1) 2 Mach. 12, 42-46.
2) Syr. 7, 35.

quin imo alienis, largas dant eleemosynas; ut pro ipsis orent, siquidem non manifestum est, quinam vel statim salvantur, vel ad tempus intuitu faciei Domini privari debent.

§. 57.

Quoniam autem, ut oportet non novimns, quid oremus, Spiritus ille inhabitans inenarrabilibus pro nobis suspiriis intercedit. Nos vero, quando Spiritu sancto moti pro mortuis intercedimus, non ex nobismet ipsis oramus, sed Spiritus qui nos ducit, orat pro illis, ipse nos quoque docet quid, & pro quibus, precabimur; quippe qui perscrutatur corda, Spiritusque præcognoscit propositum, & ex voluntate divina pro sanctis intercedit a). a) Rom. 8, 26, 27.

§. 58.

Quatenus nunc Spiritus sanctus est, qui, ut testatur Christus, per veros precatur adoratores 1), indubitate utique credimus, quod Deus, qui unius cujusque & necessitudinem & talenum pariter ac tempus & momentum huic vel isti ad ipsum ingrediendi determinatum optime novit, modo si non quoad animas quoque mortui, & e libro viventium hoc est e memoria divina deleti sunt, & a Choro seu communione sanctorum omnino excluſi, ut sunt jam abhinc illi, qui Filium Dei conculcarunt, ejusque sanguinem pro nihilo putarunt, quippe qui, peracta in impietate & contumacia vita plane rejiciuntur; quapropter ita quoque precatus est: Permitte, ut ab uno in alterum labantur peccatum, & ne veniant in justitiam tuam: deleantur de libro viventium, & cum justis ne conscribantur 2). 1) Joh. 4, 23. 2) Ps. 69, 28, 29.

§. 59.

Certo quoque credimus, quod Deus clamorem Spiritus sui non contemnat, quin potius orationes & preces,

ces, quas ille in nobis peragit, exaudiat; ut eos, qui beatifica Dei visione cœlestique gloria adhuc privati sunt, ideoque in conscientiis suis ad tempns angoribus conficiuntur, liberet, ac, antequam coram tremendo sistentur judicio omnia eis debita & peccata remittat, illosque ex potestate inferni ereptos in Chorum sanctorum suumque regnum colligat: Quod non tantum ab ipso Domino, sed etiam a plurimis ministris ejus factum esse, ex eo, quod supra diximus, satis manifestum est. Qua de re David quoque orat: Meam in inferno animam non derelicturus es, neque sanctum tuum traditurus, ut videat corruptionem; ego enim solus sum & pauper, recrea me, ut respirem, antequam abeo, & non amplius sum. a)

a) Ps. 16, 10. Ps. 22, 20. Ps. 40, 18.

§. 60.

Nos autem, qui in hac jamjam vita servari & cursum sanctimonia nostræ perfecte absolvere cupimus, oramus cum Propheta: Tua Domine castigatione me castiga, ut ne tradas me in mortem! Justitiæ mihi portas aperi, ut per eas ingrediar; hæc enim janua est Domini, per quam justi intrant.

Honor & Gloria sit triuno Deo, meo Principi & Consummatori, qui ad propositum meum mihi gratiam & vires largitus est. Amen.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0379
DFG

Sphalmata typographica.

Pag. 3. §. 4.	lin. 4. ſeculo ſeculorum	leg. ſecula ſeculorum
p. 3. §. 5.	lin. 2. veritates	leg. veritatis
p. 3. §. 6.	lin. 17. ex clamare	leg. exclamare ,
p. 4. §. 6.	lin. 5. profundior, inferne	leg. profundior inferno .
§. 7.	lin. 1. verus Deus	leg. verus Deus ,
	lin. 2. Deorum	leg. Deorum ,
	lin. 11. colligere, licet :	leg. colligere licet :
p. 5. §. 1.	lin. 11. idenditate	leg. identitate
p. 6. §. 5.	lin. 1. Virtus robur	leg. Virtus , robur
p. 8. §. 9.	lin. 16. immobilitatam	leg. immobilitatem
p. 9. §. 10.	lin. 1. Manent hac	leg. Manent hæc
	lin. 6. differentiam ,	leg. differentiam
p. 10.	Eſ. 44. 1.	leg. Eſ. 44. 6.
p. 12.	Sap. 11. 9.	leg. Sap. 11. 18.
§. 15.	lin. 10. materiæ	leg. materia
p. 13. §. 16.	lin. 4. voluntatum	leg. voluntatem
	Luc. 7. 13.	leg. Luc. 7. 30.
p. 14. §. 18.	Matth. 2. 10.	leg. Mal. 2. 10.
	Eſ. 63. 10.	leg. Eſ. 63. 16.
p. 16. §. 18.	lin. 15. indigit	leg. indigitatur
p. 17. §. 20.	lin. 7. ſecum	leg. ſecundam
p. 22. §. 4.	lin. 6. exprobat	leg. exprobrat
p. 23. §. 1.	Joh. 22. 22.	leg. Joh. 20. 22.
	Pſ. 102. 4.	leg. Pſ. 104. 4.
§. 2.	Sap. 15. 14.	leg. Syr. 15. 14.
p. 24. §. 2.	lin. 1. ejus amorem	leg. ejus et amorem
p. 25. §. 6.	lin. 4. in rationale	leg. in irrationale
§. 7.	Pſ. 49. 13. 27.	leg. Pſ. 49. 13. 17.
p. 27. §. 3.	Pſ. 47.	leg. 74.
p. 28. §. 1.	lin. 12. Michaelem	leg. Gabrielem

p. 29.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0380
DFG

p. 29. §. 4.	Ezech. 42.	leg. Jes. 42.
p. 30. §. 1.	Mal. 3. 6.	leg. Mal. 3. 1.
p. 37. §. 4.	1 Thess. 2.	leg. 2 Thess. 2.
p. 40.	lin. 6. Hierolymam	leg. Hierosolymam
p. 42. §. 5.	lin. 2. suam	leg. suum
p. 44. §. 2.	lin. 5. Illam autem doctrinam non mediate	leg. illa autem doctrina non immediate
p. 53.	lin. 2. lavavit	leg. lavit
p. 64. §. 10.	lin. 2. accipient	leg. accipiant
p. 66. §. 1.	lin. 10. honem	leg. hominem
p. 67. §. 2.	lin. 7. communis	leg. communes
p. 68.	lin. 9. dicuntur,	leg. dicuntur agi,
p. 69.	lin. 20. meum	leg. mecum
p. 75. §. 9.	lin. 13. norum	leg. novum
p. 77. §. 10.	lin. 2. sanctificatum	leg. sanctificato
p. 80. §. 2.	lin. 9. cæris	leg. ceteris
p. 84. §. 6.	lin. 4. gratis	leg. gratias
p. 85. §. 6.	lin. ult. aununciatis	leg. annunciabitis
p. 87. §. 9.	lin. 23. arat	leg. erat
p. 91.	lin. 19. effeciſſe	leg. effecerit
p. 92. §. 13.	lin. 2. ſanguis	leg. ſanguinem
	lin. 7. miſere	leg. miſerere
p. 100. §. 24.	lin. 25. ſperendarum	leg. ſperandarum
p. 102. lin. ult.	deeſt: hoc eſſe illud ipſum illibatum corpus	
p. 106.	lin. 20. aiii.	leg. alii.
p. 107.	lin. 2. partipes	leg. participes
p. 108. §. 3.	lin. 12. annuntia	leg. annuntiat
p. 109. §. 4.	1 Tim. 2.	leg. 1 Tim. 1. 12.
p. 110. §. 6.	lin. 3. batismatis	leg. baptismatis
p. 111. §. 7.	Job. 41. 10.	leg. Job. 41. 1.
p. 115.	1. Tim. 6. 7.	leg. 1 Tim. 6. 3.

p. 225.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0381
DFG

p. 130.	Act. 7. 5. 7.	leg. Act. 7. 58.
p. 131.	lin. 5. poſſeſſerit	leg. poſſederit
p. 132	lin. 8. vivent	leg. vivant
p. 137.	lin. 5. immoralem	leg. immortalem
p. 139.	1 Joh. 5. 9.	leg. 1 Joh. 5. 3.
p. 141. §. 7.	lin. 6. regenitus	leg. regenitum
p. 143. §. 10.	lin. 6. de quare	leg. de qua re
p. 144.	lin. 27. pyhſicos	leg. phyſicas
p. 148.	lin. 7. inhæreditatem	leg. in hæreditatem
p. 150.	lin. 6. ex obedientia	leg. ex inobedientia
p. 157.	lin. 8. quæritur	leg. quærit
	lin. 14. ipſo	leg. ipſe
p. 158.	lin. 16. convertemini	leg. convertimini
p. 160. §. 23.	lin. 2. amplectandam	leg. amplectendam
p. 162. §. 23.	lin. 8. concipi	leg. concipere
p. 163.	lin. 14. cuſtodiant	leg. cuſtodiamus
p. 187. §. 11.	lin. 6. obedienti	leg. obedientis
p. 185. §. 4.	lin. 2. ſuperſtitia	leg. ſuperſtitioſa
P. 191. §. 13.	lin. 6. defectui	leg. deſpectui
p 195. §. 19.	lin. 1. Cryſantus	leg. Cryſanthus
	lin. 4. incolœ	leg. incolæ
	lin. 15. Conſtannopolitanum	leg. Conſtantinopolitanum
	lin. 18. Epiſcoporum	leg. Epiſcoporum.
p. 197. §. 21.	lin. 8. Europeæ	leg. Europæ
p. 206. §. 10.	lin. 17. ab ſubito	leg. ac ſubito
p. 207.	lin. 7. ex ultemus	leg. exultemus
p. 219. §. 32.	lin. 17. diligit ma	leg. diligit me
p. 220. §. 34.	lin. 2. expoſumus	leg. expoſuimus
p. 227. IV.	lin. 2. miſſæ,	leg. miniſterium publicum τὴν λειτουργείαν
p. 227. V.	lin. 9. inhabitantes	leg. inhabitantis
p. 229. IX.	lin. 1. feſtis	leg. jejuniis
p. 230.	lin. 6. pignities	leg. pigrities

p. 257

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0382
DFG

p. 237. §. 8.	lin. 5. 6. et et ſie	leg. et ſic
p. 244. §. 22.	lin. 13. admature	leg. ad mature
p. 259.	lin. 13. rationæ	leg. ratione
	lin. ult. exiis	leg. ex iis
p. 263.	lin. 6. eaque et de	leg. eaque de
p. 270. §. 12.	lin. 18. nequæ	leg. neque
p. 271. §. 13.	lin. 3. unita eſt	leg. unita eſt anima
p. 277. §. 23.	lin. 11. quadam	leg. quodam
p. 278. §. 24.	lin. 4. melancolico	leg. melancholico
p. 289. §. 5.	lin. 6. idcircirco	leg. idcirco
p. 295. §. 13.	lin. 10. Sybillas	leg. Sibyllas
p. 302. §. 23.	lin. 18. conſumatus	leg. conſummatus
p. 303.	lin. 2. conſumarentur	leg. conſummarentur
p. 313.	lin. 4. en ſe	led. enſe
p. 318.	lin. 4. animæ	leg. (animæ)
p. 319. §. 25.	lin. 25. Sdirituali	leg. Spirituali
p. 324.	lin. 3. moxime	leg. maxime
p. 324. §. 56.	lin. 12. ceiderant	leg. ceciderant
p. 326. §. 58.	lin. 4. talenum	leg. talentum

Reliqua, ſi forte occurrant, B. L. corrigere haud gravetur humaniter rogo, nam me abſente typo tradita ſunt.



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0383
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0387
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0388
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853642843/phys_0389
DFG

; donec in veram illam & omnibus
m Patriam regnumque cœlorum
nobis transmigrare contingat, ubi
nverſationem habere oportet haud
quidem non dubitemus, fide autem
mur, &, quod eadem omnino poti-
um ſpe gaudio ex ultemus 3). 3) Matth. 7, leg.

§. 11.

Deo & Servatore noſtro Jeſu Chriſto
mus, Deum Salvatorem nec non ejus
die nocteque ac indeſinenter ſup-
lit per eundem Filium ſuum Jeſum
s Spiritum ſanctum emittere, ut ille
nos, quid ad nutum & voluntatis
faciamus ac precemur, doceat, ut
onſolator ac principalis Adjutor no-
terceſſionum, omniumque reliqua-
. 4) Rom. 8, 26.
1. Joh. 2, 27.

§. 12.

vero precandi formulas, quas ſpiri-
ditat Scriptura ſacra, oratio Domi-
r ipſe nos docuit, principem ſibi lo-
anc Dominus & Salvator noſter Jeſus
ipſi noto Patris decreto in his terris
mbularet, compoſuit, ac omnibus
delibus tradidit; ut omnia, quæ per
oque corde petituri eſſent, impetra-
enim corpori pariter ac animæ ne- 5) Matth. 6, 8.
ceſſarium